



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Trigesima quinta causa. Cognatos gradibus numerat trigesima quinta.
Decem quæstiones trigesimæ quintæ causæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

In hoc capite emendata & addita nonnulla sunt ex originali, & ceteris collectis.
6 pars. De simpliciter vero fornicantibus, vel cum duobus fororibus, vel cum matre & filia, vel cum patre & filio idem accipiendum: ut ignorantibus conjugia non negentur, scientibus perpetuo prohibeantur.

C. IV. § Qua virum in caritate ductum sequi noluerit, marcat inupta, quamdiu vir eius uxerit.

Unde in concilio apud Vermerias. **¶** Quis necessitate inevitabili cogente in alium ducatur, seu provinciam fugerit, & ejus uxor, cum valet & potest, amore parentum & rerum suarum eum sequi noluerit, ipsa omni tempore quamdiu vir ejus, quem secuta non fuit, vivit, semper innupta permaneat.

C. V. § Non est adultera virgo, qua nesciens viro nupsit alieno.

Unde Augustinus in libro de fide & operibus, c. 7.

¶ Virgo nesciens viro nupsit alieno, hoc si semper desinat, nunquam ex hoc erit adultera. Si autem sciat, postquam esse incipit, ex quo cum alieno viro sciens cohabitavit, hoc in jure praeiorum tamdiu quousque bonae fidei possessione retinuit dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum: cum vero scierit, nec ab aliena possessione necessest, tunc male fidei possessor perhibebitur, tunc male inupta vocabitur.

C. VI. § Non cogatur legitimam dimittere uxorem, qui nesciens dormivit cum ejus forore.

Unde in concilio Triburiensi. **¶** Nesciens mariti d. absente uxore foror ivit uxoris, quam ille uxorem putans suam esse, dormivit cum ea. Super hoc visum est, si ipse per securitatem veram hoc probaverit, quod inficiis fecerit hoc scelus, poenitentiam eandem, qua sibi indicta fuerit, agat, & legitimam suam conjugium habere permittatur. Illa vero indicta digna affligatur, & in aeternum conjugio privetur.

C. VII. PALEA.
[Item Hermes in libro Pastoris, mandato quarto.]

¶ Dixi t. pastor: domine, si quis habuerit uxorem fidelem in Domino, & invenerit hanc in adulterno, nunquid peccat vir, si cum illa concumbit? Et dixi tibi. Quamdiu nescit peccatum ejus, sine crimine est vir vivens cum illa. Si autem scit vir uxorem suam concubuisse, & non egerit poenitentiam mulier, sed permanet in fornicatione sua, & coierit g. vir cum illa, reus est peccati ejus, & participes meretricationis illius. Et dixi illi. Quid ergo si permanserit in vitio suo mulier? & dixi. Dimitte illam vir, & vir per se maneat. Quod si dimiserit mulierem suam, & aliam duxerit, & ipse meretricatus. Et dixi illi. Quid si mulier dimissa poenitentiam egerit, & voluerit ad virum suum reverti, nonne recipitur a viro suo? Et dixi tibi. Imo, si non receperit eam vir suus, peccat, & magnum peccatum sibi admittit: sed debet recipere peccatricem, quae poenitentiam egerit. Ergo non debet dimissa conjugis sua vir aliam ducere. Hic actus similis est in viro & muliere.

a. Burch. l. 17. c. 5. & lib. 19. c. 273. b. Poly. ibid. c. alio. d. Burch. l. 17. c. 4. & lib. 19. c. 273. e. Ivo part. 8. c. 47. f. Panl. l. 5. c. 31. Senz. 4. dist. 31. g. convivat. orig. ext. de adul. § vir. h. convivat. § vir.

C. VIII. § Matrimonia non prohibentur contrahere, quorum incestum ignorantia excusat.

Unde in eodem concilio Triburiensi legitur.

¶ Si quis a cum duabus fororibus fornicatus fuerit, & fororem foror ab eodem antea stupratam nescierit, vel si ipse fororem ejus, quam antea stupraverat, non intellexerit, si digne poenituerit, & se continere non valuerit, post annos septem conjugia illis non negentur. Si autem non ignoraverit, usque ad mortem a conjugio abstineant.

Burchardus etiam citat ex Triburiensi, c. 9. Et quiddam simile habetur in Triburiensi impresso, c. 45. quemadmodum etiam in Vuormaciensi, c. 32.

¶ Vel si ipse] Sic restitutum est ex Burchardo. Antea legebatur, vel se fororem.

C. IX. § De eodem.
Item ex eodem.

¶ Si b. quis cum matre & filia fornicatus est, ignorante matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat uxorem, illa vero, si voluerit, accipiant maritos, si autem hoc scierint ipsae foeminae, absque maritis perpetuo maneant.

Gratianus hoc idem caput, quod hic citat ex Triburiensi, infra 21. q. 2. refert ex concilio apud Vermerias, itemq. Burchardus & Ivo: sententia habetur in Vuormaciensi, c. 63.

C. X. § De eodem.
Item in eodem.

¶ Vidam fornicatus est cum quadam muliere: postea filius nesciens factum patris, stupravit eandem. Quod cum pater resciret, de se, filioque confessus est. Statuerunt melius esse, ut taliter lapsis, cum digna poenitentia, legitima permittantur conjugia, quam forte deterius delinquant. Fornicaria autem sine spe conjugii maneant.

CAUSA XXXV.

¶ Vidam vir mortua uxore sua aliam sibi in matrimonio copulavit, qua uxori defunctae quarto gradu consanguinitatis, viro autem sexta linea c. adhaerebat. Post triennium vero liberu ex ea susceptu, accusatur apud ecclesiam: esse praetendit ignorantiam.

- 1 Hic primum quaeritur, si liceat aliquam ex propria cognatione duci in uxorem.
- 2 Secundo, si ex consanguinitate uxoris aliqua possit in conjugium duci.
- 3 Tertio, usq. ad quem gradum debeat quisq. abstinere sive a propriis, sive ab uxoris sua consanguineis.
- 4 Quarto, quare usq. ad sextum gradum consanguinitas computatur, ita quod nec ultra pretenditur, nec infra subsistit.
- 5 Quinto, quomodo gradus consanguinitatis computandi sunt.
- 6 Sexto, qui iurjurando propinquitatem firmare debeant.
- 7 Septimo, an illi, qui de incestuositate sunt filii reputentur.
- 8 Octavo, si ignoranter de consanguinitate vel affinitate aliqua in uxorem ducta est, an ex dispensatione possit viro suo adhaerere.
- 9 Nono, si contigerit ecclesiam decipi, & causa consanguinitatis.

a. Burch. l. 17. c. 5. & lib. 19. c. 273. b. 21. q. 2. si quis cum matre. Burch. l. 17. c. 12. Ivo p. 9. c. 72. Concordat Triburion. impressum, c. 47. c. al. linea cognationis.



ratis aliquam à viro suo sperare, quæ post quadriennium nuptiis hinc inde celebratis deprehenditur non fuisse consanguinea prioris, an secunda conjugia sint rescindenda, & priora sint redintegranda.

40 Decimo, si relicta alienius de propria cognatione ad secundam nuptias tranferat, an prole ex ea suscepta possit pertinere ad consortium alienius de cognatione prioris viri.

QVÆSTIO I.

QVædam autem consanguineas nostras, sive uxoris nostra in conjugium nobis ducere liceat, exemplis & auctoritatibus præbitur. Abraham a nans, Sarai filiam fratris sui, sororem videlicet Loth, in conjugem duxit. Isaac b Rebecam in uxorem accepit, quæ erat filia consobrii matris sue. Isaac c duas sorores, Liam videlicet, & Rachel filias Laban avunculi sui sibi matrimonio sociavit. ¶ In d lege quoque præcipit Dominus Moysi, ut nullus duceret uxorem, nisi de propria tribu, & familia. Item e si aliquis abfç, liberu moreretur, præcipit Dominus, ut frater ejus uxorem defuncti sibi copularet, & ex ea semen fratri suo suscitaret. Porro ad quoscunq, lex ipsa per venit, ejus præcepta probantur obnoxii, nisi quæ Evangelicis mandatis, vel Apostolicis institutis evacuata monstrantur. Nullo autem Evangelicis præcepto, vel Apostolico instituto consanguineorum conjunctiones prohibita inveniuntur. Unde sicut ab initio, ita & nunc licite probantur. ¶ Hinc ita respondetur. Consanguineorum conjunctiones aliis causis necessitatis permixta, aliis causis iusta rationis invenimus imperata. f. Cum enim unus vir ab initio, atq, una ex latere ejus mulier à Deo formaretur, necessarii sorores fratribus copulabantur. Quod autem cogente necessitate sit, cessante necessitate pariter cessare oportet. Tanti ergo nunc damnabilis usurpatur consanguineorum conjunctio, quanti minus necessaria probatur. Unde hujusmodi copula postea lege prohibita invenitur, Domino dicente per Moysen: g. Turpitudinem fororis tue non revelabis.

C. I. ¶ Quare constitutum sit, ne consanguineas ducamus uxores.

Hinc Augustinus ait in libro de civitate Dei 15, cap. 16.

CVm igitur h genus humanum post primam copulam viri facti ex pulvere, & conjugis ejus ex viri latere, maritum, & feminarumque conjunctione opus haberet, ut gignendo multiplicaretur, nec essent ulli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent, viri sorores suas conjuges acceperunt. Quod profectò quantum est antiquius compellente necessitate, tanto postea factum est damnabilis religione prohibente. Habita est enim ratio rectissima charitatis, ut homines, quibus esset utilis atque honestissima & concordia, diversarum necessitudinum vinculis neclerentur, nec unus in una multas haberet, sed singule spargerentur in singulos, ac sic ad socialem vitam diligentius colligandam plurima plurimos obtinerent. Pater quippe, & focer duarum sunt necessitudinum nomina. Dum ergo habet quis alium patrem, alium focerum, numerosius se charitas porrigit. Vtrumque autem unus Adam esse cogebatur & filiis, & filiabus suis, quando fratres sororesque connubio jungebantur. Sic & Eva uxor ejus utriusque sexui filiorum fuit & focrus, & mater: quæ si dux femine fuisset, mater altera, & focrus altera, copiosius se socialis dilectio colligaret. & infra. ¶ Sed hoc, unde fieret, tunc non erat: quando nisi fratres & sorores ex duobus illis primis, nulli ho-

a Gen. 11. b Gen. 24. c Gen. 29. d Num. 30. e Deut. 25. f ad impetrata. g Levit. 17. h Ivo p. 1. 4. 39. Pannd. 96. 52. i Gen. 2. k honesta. orig. l al. col. ligendatq. m al. quod.

mines erant. Fieri ergo debuit quando potuit, ut existeret copia inde ducerentur uxores, quæ non erant iam sorores: & non solum istud ut fieret, nulla necessitas esset, verum etiam, si fieret, nefas esset. & infra. ¶ Quod habito genere crescente & multiplicato etiam inter impios Deorum multorum, salforumque cultores sic observari cernimus, ut etiam si perveris legibus permittantur fraterna conjugia, melior tamen consuetudo ipsam malitiam exhortere licentiam, & cum sorores accipere in matrimonium primis humani generis temporibus omnino liceret, sic averfetur, quasi licere nunquam poterit. & infra. ¶ Copulatio ergo & maris & femine, quantum attinet ad genus mortalium, quoddam seminarium 1 est civitatis: cælestis vero civitas opus habet, ut noxam generationis evadat.

1 ¶ Dum ergo habet? In codicibus B. Augustini impressis, & apud Ivonem, & in Panormia legitur: Ut ergo alium quique habeat patrem. Sed visa est melius Ivo Gratiani.

2 ¶ Seminarium? Ivo & Panormia habent cetera ut Gratianus: tantum loco, charitatis, habent, civitatis. Inter vero locum B. Augustini hic est. Copulatio ergo maris & femine, quantum attinet ad genus mortalium, quoddam seminarium est civitatis. Sed terrena civitas generatio ne tantummodo, cælestis autem etiam regeneratione, opus habet, ut generationis noxam evadat. Veritas glossam in versu, civitas, nihil est mutatum. Alia vero multa ex ipso potissimum originali sunt emendata.

Hac itaq, consuetudine, quæ ab ipso exordio humana propagationis originem habuit, quam nulla lex contra jubendo evacuata, excusantur Abraham, Isaac, & Jacob, & ceteri, qui de propria cognatione ducunt uxores. Quamvis etiam alia causa rectissime rationis, quæ ad saltem sit, possit intelligi. Ceteri idolatriæ sedati, sola familia à Hebræis in cultu unius Dei remansit. Unde Abraham à Chaldaei cum fratre suo Avram in ignem, quem adorare noluit, procius est, ut nomen sua divinitatis exoritur sciret, quem venerando colere contempsit. Ne ergo ex conjugatione infidelium fideles ad idolatriam prolaberentur, & ita Deum offenderent, sicut b quondam ante diluvium filii Dei commisit fideles hominum ipsam ad iracundiam provocarent, rectissime cautum est, ut Patriarcha viri sanctissimi non nisi de propria cognatione, id est, de familia fidelium sibi uxores acciperent. Hinc etiam cum filii Israël intravit terram promissionis à Domino audiret, ut filius Chananeorum sibi in uxores acciperent, ne suis ut nuptiis traderent, statim subjunxit Dominus: [ne c faciant vos recedere à Deo vestro, & fornicari cum Diis alienis.] Hinc etiam d. Esau Idumæas, atq, aliarum nationum multos, per quas filii Israël ibant ad Deos alienos, ab eis separari iussit. Est etiam alia causa, quare consanguineorum conjunctiones in populo Dei primis permixta, vel potius imperata fuerunt. Deus enim si ab initio salutem humani generis dispensavit, ut primitivam ecclesiam in isto populo instrueret, qui sibi carnis consanguinitate erat propinquus. Unde de plebe Iudæica primis Apostolos elegit, qui quasi fundamentum ecclesie instruit, quorum prædicatione de eadem plebe multi ad Deum conversi, in seipso originem ecclesie præstituerunt. Deinde in castitate sua perfida Iudæica plebe rebella ad gentes, quæ tam fide, quam cognatione carnis à Christo erant aliena, prædicatione Evangelica translata est: & quasi consanguineas copulam Christianis assernatis, de aliena cognatione sibi uxorem exigit, adimplem illud, quod per Prophetam e promiserat: [in peccatu vestri dimisi matrem vestram, quasi adulteram & repulsiatam.] Et etiam per alium f. Prophetam: [vocem non plebem meam, plebem meam.] In huius ergo viri sacramentum consanguineorum conjunctiones primis in Dei populo permixtae sunt, nunc autem prohibita. Et quæ non g in una familia tantum, sed in omni multitudine gentium populus fidelium intro-

a Gen. 17. b Gen. 2. c Deut. 7. d 1. Esau 17. e Esau 30. f Gen. 4. g Gen. 2.



non, non de propria cognatione, sed de qualibet alia cuius uxorem ducere conceditur. Illud autem, quod præcepta legis servanda dicuntur, quæ nec Evangelicæ, nec Apostolicæ institutioni evacuata probatur, veram quidem esse: sed cum omnia figurata Apostolus a probet ad tempus esse data, atque ideo veniente veritate affirmet illa non ultra esse servanda, hoc autem, ut supra monstratum est, causa facta veniunt a Dei institutione esse probetur: & hoc cum ceteris figuratis vocatur certissime constat: quamquam, sicut Apostolus quidem b consulendo addidit, quæ Evangelicæ præceptis non veniunt desinita, nec tamen ideo tamquam temeraria vel superflua ab aliis Apostolis sunt repudiata: sic & ecclesiæ post Apostolicam institutionem, quadam consilia c perfectionis addidit, utpote de continentia ministrorum, de consecratione mysteriorum, de celebratione officiorum: quæ nullatenus respuenda sunt, sed diligentius conservanda suscipienda. Con sanguineorum ergo conjunctiones, quæ Evangelicæ & Apostolicæ præceptis non inveniuntur prohibita, sunt tamen suggerenda, quia ecclesiasticis institutionibus innovantur terminata d.

QVÆSTIO II. & III.

Quia ergo à sanguineorum conjunctionibus, sicut probatum est, abstinere oportet, videndum est, usque ad quem gradum à sanguine proprio abstinere oporteat, vel si in cognatione propria uxoris aliquam duci in uxorem liceat.

C. I. *¶* Usque ad septimam generationem nullus de suis cognatione ducat uxorem.

De his ita scribit Gregorius Papa in concilio Meldensi e.

Diffinitate s. consanguinitatis per gradus cognationis placuit usque ad septimam generationem observare. Nam & hæreditas rerum per legales instrumentorum distinctiones sancita usque ad septimum gradum procedit hæredum successionem. Non enim succedere, nisi eis de propagatione cognationis deberetur.

¶ Concilio Meldensi Burchardus, Ivo, auctor Pamormia citatæ sententiæ ex concilio Meldensi: Magister, Gregorius, Polycarpus, ita habet, Gregorius in decretis. Ac fieri facile potest, ut Gregori decretum in aliquo Meldensi concilio referatur, unde vix sit ista Gratiani citatio.

C. II. *¶* Infamia notentur, qui consanguineas ducunt uxores.

Item Calixtus Papa epistola secunda ad Episcopos Gallia.

Conjunctiones s. consanguineorum fieri prohibere, quando has & divinx, & saculi prohibent leges. Leges ergo divinx, hoc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, non solum ejiciunt, sed & maledictos appellant. Leges vero saculi infames tales vocant, & ab hæreditate repellunt. Nos vero sequentes patres nostros, & eorum vestigia inherentes, infamia eos notamus, & infames esse censemus, quia infamix maculis sunt aspersi: nec eos viros, nec accusationes eorum, quos h leges saculi rejiciunt, suscipere debemus. *¶* infra. *¶* Nos autem consanguineos dicimus, quos divinx, & Imperatorum, ac Romanorum, atque Græcorum leges consanguineos appellant, & in hæreditate suscipiunt, nec repellere possunt.

a Rom. i. b Gal. 5. c al. consilio. d al. interminata. e Concor. Nicol. in cont. Rom. f Sentent. 4. dist. 41. Poly. l. 1. c. 4. Bur. l. 7. c. 16. Ivo p. 9. c. 51. Pam. l. 7. c. 81. g Poly. l. 1. c. 17. Ivo p. 9. c. 22. Simile in concil. Innocentii 2. h al. quæ. i Imperator Romanorum.

C. III. *¶* Affines in quinta generatione copulari possunt: in quarta si fuerint inventi, non separantur.

Item Fabianus Papa.

De propinquis a, qui ad affinitatem per virum & uxorem veniunt, defuncta uxore vel viro, in quinta generatione conjungantur: in quarta, si inventi fuerint, non separantur. In tertia vero propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum ejus. Aequaliter b vir conjungatur in matrimonio eis, quæ sibi consanguineæ sunt, & uxoris suæ consanguineis post mortem suæ uxoris.

C. IV.

Idem.

Qui propinquam c sanguinis uxorem ducunt, & separantur, non licebit eis, quamdiu utrique vivunt, alias uxores sibi in conjugio sociare, [nisi ignorantia excusetur.]

C. V. *¶* Non prohibetur ducere uxorem, qui ignoranter incestum committit.

Vnde in concilio apud Vermerias.

Si quis d cum matre & filia fornicatus est, ignoranter matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat uxorem: illa vero, si voluerint, accipiant maritos. Si autem hoc scierint ipse scemine, absque maritis perpetuo maneat.

¶ De capite hoc dictum est sup. 34. q. 1. c. 2.

C. VI.

Item ex eodem.

Si homo e fornicatus fuerit cum muliere, & frater ejus nesciens eandem duxerit uxorem, frater eò quod fratri crimen celaverit, septem i annos poeniteat, & post poenitentiam nubat. Mulier autem usque ad mortem poeniteat, & sine spe conjugii maneat.

¶ Burchardus etiam, & Ivo citant ex concilio apud Vermerias, c. 3. sententia vero habetur in Triburionensi, c. 44.

¶ Septem annos] Hoc duo voces absunt à Burchardo & Ivone. Apud Burchardum tamen libro 19. c. 5. ubi sacerdos de hoc peccato interrogat poenitentiam, & consilium dat, hoc legitur: si fecisti, eò quod fratrem tuum crimen celasti, septem annos per legitimas ferias poeniteas. In Triburionensi autem. prædura arceatur poenitentia, & condigna castigazione.

De his vero, qui ignoranter conjunguntur, cetera auctoritates intelligenda sunt.

C. VII. *¶* Ex propinquitate sui sanguinis vel uxoris usque in septimum gradum nullus ducat uxorem.

Vnde Iulius Papa.

Nillum in s. utroque sexu permitimus ex propinquitate sui sanguinis, vel uxoris usque ad septimum generis gradum ducere, vel incesti macula copulari g. Præterea quoque illud adjecimus, quoniam sicut non h licet cuiquam Christiano de sua consanguinitate, sic etiam nec licet de consanguinitate uxoris suæ conjugem ducere, propter carnis unitatem.

¶ Caput hoc usque ad v. s. Præterea. Burchardus, Ivo, & Pamormia, (nam Magister ut Gratianus) citant ex concilio Aurelianensi, c. 10. Ac sane in 3. Aurelianensi impresso, c. 10. multa loquuntur ad rem pertinentia. Reliqua vero hujus capitis pars in Pamormia (nam ceteri collectores non habent) ex eodem concilio referunt: sed à Gratiano sup. 27. q. 2. c. qui desponsatam. tribuitur Gregorio.

a Sent. 4. dist. 41. b In fec. c. equaliter. Poly. l. 6. tit. 4. c. 22. Iulio. c Fortasse ista Gratiani d Sup. 34. q. 1. c. 2. f quis cum matre. e Bur. l. 7. c. 13. Ivo p. 9. c. 73. f Sent. 4. dist. 41. Pamorm. l. 7. c. 14. Ivo p. 9. c. 49. g al. commaculati. h Sup. 27. q. 2. qui desponsatam.



C. VIII. ¶ Incestuosus nullo sunt digni nomine conjugii.

Item ex concilio Agathensi, c. 61.

DE incestis a conjunctionibus nihil prorsus veniat referamus, nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestuosos b vero nullo conjugii nomine deputandos, quos etiam designare funestum est. ¶ Hos 1 enim e censemus esse, si quis relictam fratris (quæ penè prius foror extiterat) carnali conjunctione polluerit: si quis frater germanam uxorem acceperit: si quis novercam duxerit: si quis consobrinæ suæ se sociaverit: si quis relicta, vel filia avunculi miscatur, aut patris filia, aut privignæ suæ: aut qui ex propria consanguinitate aliquam, aut quam consanguineus habuit, concubitu polluerit, aut duxerit uxorem. Quos omnes & olim, & d nunc sub hac constitutione incestos esse non dubitamus, & inter catechumenos usque ad legitimam satisfactionem manere & orare precipimus. Quod ita presentem tempore prohibemus, ut ea, quæ sunt hæcenus constituta e, non dissolvamus. Sanè quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt 2 incundi melioris conjugii libertatem.

1 ¶ Hos enim] Ita est in Agathensi. In Arelatensi autem 2. c. 3. (ubi idem repetitur) & apud Ivonem hæc conjunguntur cum superioribus, & legitur, hos esse. In Epauensi, c. 30. (in quo 1. item tractatur argumentum) dicitur orationis longè diversa esse. In secundo autem Turonico, c. 22. (ubi refertur caput illud concilii Epauensis,) ita scribitur. Incestuosus vero, nec ullus conjugii nomine predicandus, præter illos, quos dinumerare funestum est, hos esse censemus. In Capitularibus adjectis, c. 200. sunt nonnullæ partes hujus capituli ex epistolis Gregorii. Papa, B. Bonifacio Archiepiscopo Mozantino missis.

2 ¶ Habebunt] Sic in Agathensi, & apud Ivonem. In Epauensi legitur, non habebunt. Sed in Turonico, in quo citatur Epauensis, habebunt. Sic etiam inf. q. 8. c. hæc salubriter, ex Gregorio. In Capitulari autem indicato plenius hæc sententia exponitur. Sed quibus illicita conjunctio interdicitur, nisi hi sunt, quos sanctorum Patrum decreta conjugio copulari prohibent, habebunt incundi melioris conjugii libertatem.

C. IX. ¶ Incestuosus usq; ad satisfactionem excommunicentur.

Item ex concilio Ilerdensi, c. 4.

DE his qui f incesti & pollutione se maculant, placuit, ut quousque in ipso detestando & illicito carnis contubernio perseverant, usque ad Missam tantum catechumenorum in ecclesia admittantur: cum quibus etiam nec cibum fumere ulli b Christianorum, sicut Apostolus iussit, licebit i.

C. X. ¶ Nullus ducat in uxorem a consanguineo cognatam, vel aliquam pollutione maculatam.

Item Gregorius Papa ad Felicem Messana civitatis Episcopum, lib. 2. epist. 31.

NEC eam, & quam aliquis ex propria consanguinitate conjugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculavit, in conjugium ducere, ulli profecto licet Christianorum, aut licebit: quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis Deo & cunctis hominibus. Incestuosos vero nullo conjugii nomine deputandos à sanctis Patribus dum statutum esse legimus.

Natura videlicet ordinis: si vero extraordinarie, non sic.

a Et in Arel. 3. c. 2. in Epauensi, c. 30. In Turonico 2. c. 22. in eo adjectis, c. 200. b al. incestos. c Burch. l. 7. c. 4. Ivo p. 9. c. 27. & 40. d al. arg. sub hæc. e al. instituta. f Burch. l. 7. c. 3. Ivo p. 8. c. 29. g al. incesta. h al. ullum. i al. oportet. k Ivo p. 9. c. 26. Sup. ead. de incestu.

C. XI. ¶ Extraordinaria pollutio in naturalibus non impedit matrimonium.

Item enim Urbanus Papa II. Hugoni Gratianopolitano 1 Episcopo.

EXtraordinaria a pollutio non 2 nisi in naturalibus admittitur, vel sepius reiterata b citra maritale officium 3, si præbitis sacramentis ita esse constituit, quemadmodum nobis tuis significatum est literis, non videtur matrimonium impedire, quamvis ipsa sit criminosa & damnabilis.

1 ¶ Gratianopolitano] Antea legatur, Urbanus II. Gratiano, Neapolitano Episcopo. Emendatum est ex Polycarpo: & hujus Hugoni mentio est apud Sigebertum anno 1044 apud Trittenium in Guidone v. Carthysia Abbate.

2 ¶ Non nisi] In Polycarpo est, nisi in naturalibus admittitur.

3 ¶ Affectum] In eodem legitur, effectum.

C. XII. ¶ Nullus ducat in conjugem relictam consanguineorum uxoris: 1. sua usq; in tertiam generationem.

Item Iulius Papa.

ET hoc quoque c. statutum est, ut relictam patris uxoris suæ, relictam fratris uxoris suæ, relictam filii uxoris suæ nemo sibi in matrimonium sumat: relictam consanguineorum uxoris suæ, usque in tertiam generationem nemo in uxorem sumat in quartam autem, & in quintam, si inventi fuerint, non separantur.

1 ¶ Uxoris suæ] Sic emendatum est ex vetustis. Natura vulgatis erat, suorum.

C. XIII. ¶ A consanguineis propriis, vel uxoris pariter cuiq; est abstinendum.

Idem.

AEqualiter d vir conjungatur consanguineis propriis & consanguineis uxoris suæ.

¶ In Pamormia citatur, ut hic. Hugo autem, ex concilio Manticensi, Burchardus, Maticensi. Ivo, Manticensi, nulla fidei mentione facta. In Polycarpo conjunctio ponitur cum consanguinitate. sup. eadem, quod quidem est Calixti. Est autem in concilio Babilonensi 2. c. 29. & in Viennensi est secunda pars canonis 78.

C. XIV. ¶ In parentela propria & conjugii eadem consanguinitas est observanda.

Item Iulidorus, ex concilio Manticensi.

SANè e consanguinitas, quæ in proprio viro observanda est, hæc nimirum in uxoris parentela doloque priorum custodienda est. Quia enim constat eos duos esse in carne una, communis illis utraque parentela censenda est, sicut scriptum est [erunt duo in carne una.]

C. XV. ¶ Nurus non est aliter deputanda, quam filia.

Item Augustinus lib. 22. contra Faustum, c. 61.

S I vir & uxor non g jam duo, sed una caro sunt, non aliter est nurus deputanda, quam filia.

C. XVI. ¶ Usq; ad septimam generationem progeniem suam unumquemq; servare oportet.

Item Gregorius Papa, h Episcopu Gallia.

P Rogeniem i suam unumquemque 1 usque ad septimam decernimus observare generationem: & quoniam

a Poly. l. 6. tit. 1. b al. repetita. c Sentent. 4. diffin. 4. d Sup. ead. de propinquis. Sem. 4. diff. 4. Poly. l. 6. tit. 4. Burch. l. 7. c. 6. Ivo p. 9. c. 43. e Hugo de S. Vit. de sacra. l. 2. p. 11. Sem. 4. Burch. l. 7. cap. 8. Ivo par. 9. c. 44. Pannorm. l. 7. c. 69. f al. auribus. Gen. 2. h In regesto B. Greg. l. 12. epist. 31. ad Felicem. i Hugo ibid. Sem. 4. diff. 40. Poly. l. 6. tit. 4. Anf. l. 10. c. 40. Burch. l. 7. c. 11. Ivo p. 9. c. 16. Pann. l. 7. c. 78. Habetur in Synodo Episcoporum 113. in Basilica Constantiana, c. 11. & 12.



¶ Ex Cabillonensi citant ceteri etiam collectores, & Hugo. Exat lib. 1. cap. 1. 99. Exceptum autem verbum illud, vel quinta, sextaque; reliqua fere eadem leguntur in consilio Moguntino sub Carolo, cap. 1. 4. & altero Moguntino sub Rabano, cap. 30. & in Vuormaciensi in priorie parte canonis 78. Nam posterior pars est c. sane consanguinitas supra allatum.

Hac auctoritate, dum sexta generatione interdicatur conjugium, in septima permitti videtur. Sed gradus cognationis secundum quosdam varie computantur. Alii namque patrem in primo gradu, filios in secundo ponunt. Alii primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem & filium esse, cum una caro probeat pater & filius. Auctoritates ergo, quae consanguinitatis vulgarem usque in septimum gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu; illa vero quae usque ad sextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant: atque ita fit, ut eadem persona secundum hanc diversitatem inveniantur in sexto, vel septimo gradu. Item illud Fabiani a, quo affines in quinta generatione copulari videntur, videtur esse contrarium illi decreto, Iulii Papa. b [Sicut non licet ulli Christiano de sua consanguinitate uxorem ducere, sic etiam non licet de consanguinitate uxoris suae conjugem ducere propter eorum unitatem.] Similiter etiam invenitur contrarium illi capiti Gregorii: [Nec e eam, quam ex propria consanguinitate conjugem habuit, &c.] Sed illud Fabiani intelligendum est de duobus sororibus, vel personis inter se affinitate conjunctis, ut sunt uxores duorum fratrum, si conigerint eam earum alicui matrimonio copulari, post mortem ejus vir non poterit affinem superfluum in conjugem ducere, nisi in quinto gradu affinitatis inveniantur. Unde, qui novercam alicujus in uxorem duxerit, post mortem ejus uxorem proximum ducere non poterit. Hinc etiam idem Iulius Papa alibi dicit: [Relictam consanguineorum uxoris suae (non aut consanguineam uxoris suae, sed relictam consanguineorum uxoris suae) usque in quartam generationem nullus ducat in uxorem.] Paschali vero Papa secundus scribens Regino Episcopo, tertium genus affinitatis assignat, cujus copula non ultra secundum gradum invenitur prohibita. Ait enim.

C. XXII. ¶ Duorum consobrinorum conjuges uni eadem nubere non possunt.

Porro duorum e consobrinorum conjuges, quamvis diversis temporibus, viro uni alteram post alterius obitum nubere, ipsa, praeter auctoritatem canonicam, publice honestatis iustitia contradicit. Ut novit prudentia tua, qua ita ab uxoris, sicut a viri consanguineis abstinendum est.

Illud Gregorii & Iulii Papa intelligitur de consanguinitate viri vel uxoris, ut post mortem alicujus eorum nulli de cognatione defuncti superfluo matrimonio copuletur. Demonstratum est, usque ad quem gradum quisque a propria consanguinitate vel cognatione sua uxoris abstinere debeat.

QVAESTIO IV.

Modo queritur, quare usque ad sextum gradum consanguinitatis conjunctio prohibeatur. De his ita scribit Isidorus Etymologiarum lib. 9. c. 6.

C. I. ¶ Quare usque ad sextum gradum consanguinitatis observe-

atur. Consanguinitas, s. dum se paulatim propaginum ordinibus ditimens, usque ad ultimum gradum subtraxerit, & propinquitas esse desierit, eam rursus lex matrimonii vinculo repetit, & quodammodo revocat

a Sup. ead. de propinquo. b Sup. ead. nihil. s. praterca. c Supr. ead. nec eam. d Supr. ead. & hoc. e Polyb. l. 6. tit. 4. d. 1. f. l. 1. c. 3. g. & En. Aug. l. 1. de civit. Dei. c. 16.

fugientem. Ideo autem usque ad sextum generationis gradum consanguinitatis conjunctio est, ut licet sex gradibus mundi generatio, & hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur.

¶ Caput hoc emendatum est ex B. Augustino lib. 17. de civit. Dei. cap. 16. unde primo videtur sumptum.

QVAESTIO V.

De gradibus vero consanguinitatis, quomodo computandi sint, Isidorus b sic loquitur.

C. I. ¶ Quomodo dirimuntur gradus consanguinitatis.

Series e consanguinitatis lex gradibus hoc modo dirimitur: filius & filia, quod est frater & soror, sit ipse truncus: illis seorsum sejunctis, ex radice illustrata egrediuntur isti ramusculi, nepos, neptis primus: pronepos, proneptis secundus: abnepos, abneptis tertius: atnepos, atneptis quartus: trinepos, trineptis quintus: trinepotis filius, & trinepotis filia sextus.

Duchardus, & Ivo, & Panormia, qui citant patrem Isidorum, partim ex dicto Isidoro, ex hoc, & capite, consanguinitas, supra q. 4. unum caput faciunt: & habent, Series consanguinitatis septem gradibus, &c.

C. II. ¶ Quomodo sunt computandi gradus consanguinitatis.

Item Alexander Papa II. omnibus Episcopis & clericis, nec non iudicibus per Italian constituta.

Ad sedem a Apostolicam perlata est quaestio noviter exorta de gradibus consanguinitatis, quam quidam legum & canonum imperiti excitantes, eodem propinquitatis gradus contra sacros canones, & ecclesiasticum morem numerare nituntur, novo & inaudito errore affirmantes, quod germani fratres vel sorores inter se sint in secunda generatione, filii eorum, vel filiae, in quarta, nepotes, vel neptes eorum, in sexta. Tali modo progeniem computantes, & in hujusmodi sexto eam gradu terminantes dicunt, deinceps viros ac mulieres inter se posse nuptialis iura contrahere. Et ad hujusmodi profanum errorem confirmandum in argumentum assumunt saeculares leges, quas Justinianus Imperator promulgavit de successione consanguineorum. Quibus confisi, ostendere moliantur, fratres in secundo gradu esse numeratos, filios eorum in quarto, nepotes in sexto. Sic seriem genealogiae terminantes, numerationem sanctorum Patrum, & antiquam ecclesiae computationem ad nos ulque periculis, in perversa quadam calliditate disturbare nituntur. Nos vero Deo annuente hanc quaestionem discutere curavimus, in synodo habita in Lateranensi consistorio, convocatis ad hoc opus Episcopis, & clericis, atque iudicibus diversarum provinciarum. Denique diu ventilatis legibus, & sacris canonibus, distincte invenimus obliam causam alteram legum fieri, alteram canonum computationem. In legibus siquidem ob nihil aliud proferuntur graduum mentio facta est, nisi ut haereditas, vel successio ab una ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc progenies computatur, ut aperte monstretur, usque ad quorundam generationem a consanguineorum sit nuptiis abstinendum, ubi praescribitur, ut haereditas propinquis modo legitimo conferatur: hic vero, ut ritae & canonice inter fideles nuptiae celebrentur. In f legibus distincte non nu-

a ad generu. b Lib. 8. Etymolog. cap. 5. scribit, non verus Isid. c Sent. 4. dist. 40. Burch. l. 17. c. 10. Popp. 9. c. 44. Pann. l. 7. cap. 21. d Hugo ibid. Polyb. ibid. Anst. l. 1. c. 92. Popp. c. 6. Pann. l. 7. c. 11. e Inst. l. 3. tit. 5. & 9. f Eod. tit. 6. Isid. Etym. 9. c. 1.



merantur gradus, nisi usque ad sextum: in canonibus autem usque ad septimam distinguuntur generationem. Hæc igitur de causa, quia hæreditates nequeunt deferri nisi de una ad alteram personam, idcirco curavit secularis Imperator in singulis personis singulos præfigere gradus. Quia verò nuptia sine duabus non valent fieri personis, ideo sacri canones duos in uno gradu constituere personas. Vtramque tamen computationem, si acriter ac subtiliter perfecta fuerit, idem sensisse, & eandem esse in eis sententiam, atque ad eundem terminum convenire manifestissimum erit. Iustinianus namque usque ad quem gradum consanguinitas ipsa perdat, in suis legibus non definit. Canones verò ultra septimam, nullam numerare generationem. Sexto quippe gradu determinato, in ipsis legibus subintelligitur Imperator. [Hactenus ostendisse sufficit, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam est intelligere, quemadmodum posteriores quoque gradus numerare debeamus. Generata quippe persona semper gradum adjicit.] Ecce in his brevibus verbis aperte ostenditur, tales gradus, quales isti computant, non tantum usque ad sextum, verum etiam ultra numerari debere, quippe cum ultra sextum ulteriores gradus numerandos esse deceant. Vbi enim ultimos nominat gradus, aperte indicat non sex tantummodo esse gradus, sed sex finitis, adhuc alios numerandos. Nec mirum, cum in præcedentibus ipse firmavit Imperator, decimo etiam gradu consanguineos sibi inter se posse succedere. Cum decimum nominat, non esse tantummodo sex, luce clarius conficitur. Hi ergo erigunt, & aciem mentis, si possunt intendant, quos hactenus invidiosus perculit error. Enimverò, ubi secundum leges inter agnatos, vel cognatos defertur successio, consanguineos esse non dubium est. Neque enim sibi succederent, nisi inter se parentela vinculo tenerentur. Succedunt autem inter se, teste Iustiniano, in decimo gradu: consanguinei igitur sibi sunt, qui sibi succedunt. Quod si in decimo gradu consanguinei sibi existunt, non est terminata consanguinitas (ut isti fatentur) in sexto tantummodo gradu. Quid igitur dicent? Computatis namque gradibus sicut isti numerant, aut finitur consanguinitas in sexto gradu, aut non. Si finitur, fallaces erunt leges, quibus isti nituntur, quæ in decimo gradu sibi succedere consanguineos jubent. Quod si non finitur consanguinitas in isto sexto gradu, falsi quæ erunt illi, qui ultra illum sextum gradum nolunt computare consanguinitatem. Igitur aut leges erunt falsæ, aut isti, qui sic finiunt generationem. Sed, ut veridice leges, & veraces sint canones, dicimus hoc, quod veritas habet, scilicet quod non terminatur consanguinitas in huiusmodi sexto gradu, sed terminatur secundum canones in septimo gradu. Veraque enim computatio, sicut superius diximus, uno sine concluditur. Namque a duo gradus legales unam gradum canonicam constituunt. Fratres namque, qui secundum seculares leges dicuntur in secundo gradu, juxta canones numerantur in primo. Filii fratrum, qui illic numerantur in quarto, hic computantur in secundo: nepotes qui in sexto ibi, illic numerantur in tertio: sic acinceps, qui in legibus scribuntur in octavo & decimo, in canonibus definiuntur in quarto & quinto. Atque hoc modo de reliquis sentiendum est, ut qui secundum canones dicuntur in sexto vel septimo, secundum leges accipiantur in duodecimo, vel quatuordecimo. Hanc computationem intelligens prudentissimus Papa Gregorius, dum quareretur, in quots generatione conjungi fideles debeant, ipsas seculares leges in testimonium adducens, Augustino Anglorum Episcopo sic rescripsit: [Quædam terrena lex in Romana repub. permittit, ut si fratris & sororis,

si ve duorum fratrum germanorum, seu duorum fororum filius & filia mifceantur. Sed experimento didicimus ex tali conjugio sobolem non posse succrescere. Unde necesse est, ut jam in tertia vel in quarta generatione copulatio fidelium licenter sibi conjungi debeat. Nam à secunda, quam prædiximus, omnimodò debent abstinere.] Ecce hic aperte monstratur filios & filias fratrum in secunda generatione numerari. Et si fratrum filii & filia numerantur in secunda, fieri non potest, ut ipsi fratres non sint in prima. Quod si fratres computantur in prima, filii eorum in secunda, dubium non est, quin eorum nepotes sint in tertia, pronepotes in quarta, & sic de reliquis usque ad septimam. Sed sunt quidam, qui ex his Gregorii verbis, quibus ait, ut in tertia vel quarta generatione copulentur fideles, occasionem accipiunt illicita matrimonia contrahendi, dicentes se hoc jussu facere posse, quod prudentissimus doctor sua sententia diffinit. Isti itaque qui se hoc velamento defendere nituntur, advertant in ejusdem Patris sententiis, hoc non generaliter cunctis, sed specialiter Anglorum genti mandasse. Nam postmodum à Felice Messanæ Siciliæ præfule requisitus, an hoc, quod Augustino mandaverat, generaliter cunctæ ecclesiæ tenendum esset, apertissime firmavit, non aliis hoc, quam illi genti mandasse; ne bonum, quod coeperant, metuendo austeriora, desererent: sed & illis, postquam in fide essent firma radice solidati, & universali Ecclesiæ censuit semper esse tenendum, ut nullam de propria consanguinitate, vel affinitate infra septimam generationem aliquis sibi audeat conjugio copulare. Ecce aperte monstratum est, & ex verbis ipsius legis, & auctoritate prudentissimi Papa Gregorii, quid de gradibus consanguinitatis numerandis sentire debeamus. Quamvis alia quoque ratio pari modo ipsos revincat adversarios. Nam si, ut ipsi fatentur, in illo sexto gradu consanguinitas finiretur, omnes personarum ramusculos, qui ultra illum gradum in pictura arboris continentur, velut superfluos oporteret detruncari. Sed quia omnes, qui in prædictæ arboris pictura numerantur, ex una parentela consistunt, nunquam sine diminutione consanguinitatis à se poterunt separari: veluti non sine damno cujusque personæ valent à proprio corpore manus, brachia, & pedes truncari. Illa quoque sacrorum præceptio canonum, quæ jubet à propria abstinere consanguinitate, quamdiu generatio recordatur, aut memoria retinetur, nec à prædictæ parentelæ discrepat computatione. Nam in septem gradibus, si canonicè, & usualiter numerentur, omnia propinquitatum nomina continentur. Ultra quos nec consanguinitas invenitur, nec nomina graduum repetiuntur, nec successio potest amplius protogari, nec memoriter ab aliquo generatio recordari. Ne verò in hac consanguinitatis computatione, aliqua de hinc valeat ambiguitas remanere, aliam, quam quidam faciunt, numerationem in hac etiam disputatione duximus finiendam. Sunt enim quidam, qui non à fratribus, sed à filiis eorum, i. patruelibus, vel consobrinis genealogiam numerare incipiunt: dicentes filios fratrum in prima generatione computari debere, quia fratres quasi quidam truncus, ex quo cæteri ramusculi oriuntur, existunt. Sed nec ista graduum computatio, si bene intellecta fuerit, ab ea, quam superius exposuimus, in sententia poterit esse diversa. Isti enim qui numerandi initium sumunt à filiis fratrum, non progrediuntur ultra sextam generationem: sed sicut totius mundi sex ætates existunt, & humanæ vitæ itidem sex, ita & in consanguinitate sex tantummodo autumant computandas esse generationes: quibus finitis, novæ conjunctionis dicunt posse fieri initium, ut quasi fugientem possint revocare consanguinitatem. ¶ Hæc b itaque computatio,

a sup. ca. q. 2. & 3. a. quadam lex.

a al. discernendam. b sup. ca. q. 4. consanguinitas.

quæ incipit à fratrū filiis, & numerat usque ad sextam generationem, tantundem valet, quantum ea, quæ incipit à fratribus, & computat a usque ad septimam. Nec ulla in sensu existit diversitas, quamvis in numero graduum varietas videatur. Ultima enim generum, si initium numerandi sumat à fratribus, septima invenitur; si à filiis fratrum, repetitur sexta. Taliter igitur determinatis gradibus consanguinitatis, Apostolica vos auctoritate monemus, fratres & filii, ut omnibus sic seriem genealogiæ computandam esse intimetis, quemadmodum sancti Patres numerandam esse sanxerunt, & antiquus mos sanctæ & universalis ecclesiæ per longa tempora olim computasse monstratur. Nam, si quis perversa & obstinata mente à recto tramite Apostolica sedis deviare voluerit, & aliter, quam nos, in nuptiis celebrandis gradus parentelæ numerare contenderit, primum pro sua temeritate, cœlesti poena plectetur: postmodum verò gladio perpetui anathematis se noverit jugulandum. Data Roma, &c.

¶ Sic est emendatio ex Hugone, Anselmo & Polycarpo: qui hanc eandem epistolam recitant. *Ab Ivone autem, & in Campania referuntur duo capite alterius epistola ejusdem, Alexander eodem, cum hoc argumento scripta clericis Neapolitanis sive ut in Campania, Metropolitano. Et apud Gratianum erat conjuncta utraque in scriptis, hoc modo: Neapolitanis clericis, & omnibus Episcopis, atque iudicibus, per Italiam constitutis. Ex hislem vero Hugone, & Anselmo, & Polycarpo multa in tota hoc capite sunt emendata.*

C. III. ¶ Quare consanguinitas uxoris ad virum pertinere dicitur, & quomodo affinitas sit computanda.

Item Gregorius Papa.

Porrò de affinitate, quam dicitis parentelam esse, quæ ad virum ex parte uxoris, seu quæ ex parte viri ad uxorem pertinet, manifestissima ratio est: quia, si secundum divinam sententiam ego & uxor mea sumus una caro, profecto mihi & illi meæ, suæque parentelæ propinquitas una efficitur. Quocirca ego & soror uxoris meæ in uno primo gradu erimus, filius autem verò ejus in secundo gradu erit à me, neptis verò tertio: idque utrinque in cæteris agendum est successionebus. Uxorem verò propinqui mei cuiuscumque gradus sit, ita me oportet attendere, quemadmodum ipsius quoque gradus aliqua foemina propriæ propinquitatis sit. Quod nimis uxori de propinquitate viri sui in cunctis cognationis gradibus convenit observari. Qui verò aliorum sentiunt, Antichristi sunt: à quibus tantò fortius vos oportet cavere, quantò apertius deprehenditis illos divinis legibus repugnare.

¶ In Polycarpo caput hoc item ac sequens recitatur ex Zacharia. *Ac sancti Gratiani in extremis verbis sequenti caput indicat caput hoc fuisse etiam Zacharia.*

C. IV. ¶ Qualiter parentelæ gradus computantur. Item Zacharias Papa.

Parentelæ sive gradus taliter computamus: siquidem ego & frater meus una generatio sumus, primumque gradum efficiamus, nulloque gradu distamus. Rursus filius meus, fratrisque mei filius secunda generatio sunt, ac gradum secundum faciunt, nec à se aliquo gradu separantur. Atque ad hunc modum cæteræ successiones numerandæ sunt. Porrò de affinitate, quam dicitis parentelam, & ut superiore capite Gregorii.

a al. computat septimam. b al. attendaverit. c Sent. 4. dist. 41. Polyc. ibid. d al. filia. e al. cog. modo utiq. f Sent. 4. dist. 40. Polyc. ibid.

C. V. ¶ Equivocatio est, cum soror uxoris cognata vocatur.

Item Alexander Papa secundus.

Quòd autem frater, sororve uxoris tuæ cognati tui dicuntur, æquivocationis jure fit, & necessitate vulgaris appellationis potius, quam ulla causa cognationis. Uxor enim fratris fratris sive potius quam cognata vocatur. Mariti frater levit dicitur. Duorum autem fratrum uxores vocantur janitricæ, quasi eandem januam terentes, vel per eandem januam intrantes. Viri sicut glos appellatur. Sororis autem vir non habet speciale nomen, nec uxoris frater.

¶ In Polycarpo etiam refertur proximo post e. ad selem, ut ad eundem Alexandrum pertinere videatur. *A verbo autem uxores, usq. ad finem habentur apud Isid. l. 9. c. 31.*

¶ Janitricæ. Ita etiam legatur in l. non facile, ff. de gradibus, antequam locus ab Alciato esset restitutus, lib. 2. dist. c. 32. Quamobrem nihil mirandum si Isidorus, aut alius quilibet allatam hinc etymologiam excoxit. Nunc autem in legenda est, sicut cepit.

C. VI. ¶ Nomina graduum superiorum, sive inferiorum, sive ex latere venientium. Item Isidorus c.

Primo à gradu, superiori linea continentur pater, mater: inferiori filius, filia: quibus nulla alia personarum junguntur. ¶ Secundo gradu continentur, superiori linea avus, avia: inferiori nepos, nepus: transverso frater, soror: quæ personarum duplicantur. Avus enim & avia tam ex patre, quam ex matre accipiuntur. Quæ personarum sequentibus quoque gradibus similiter proportionalitatis earum, in quo gradu consistunt, ipso ordine duplicantur. [Istæ personarum secundo gradu idcirco dupliciter appellantur, quia duo avi sunt, paternus & maternus.] Item duo genera nepotum sunt, sive ex filio, sive ex filia procreati. Frater & soror ex transverso veniunt, id est, si aut frater patris, aut frater matris, qui aut patruus, aut avunculus nominatur: qui & ipsi hoc ordine duplicantur. ¶ Tertio gradu veniunt supra proavus, proavia, infra pronepos, proneptis. Ex obliquo fratris, sororisque filius, filia, patruus, amita, id est, patris frater & soror, avunculus, matertera, id est, fratris mater & soror. ¶ Quarto gradu veniunt supra abavus, abavia, infra abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris & sororis nepos, nepus, frater patruelis, soror patruelis, id est, patris filius, filia: consobrinus, consobrigna, id est, avunculi & materteræ filius, filia: amitus, amitina, id est, amitæ filius, filia: itemque consobrini, quæ duabus sororibus nascuntur: quibus accrescit patruus magnus, amita magna, id est, avi paterni frater, & soror, avunculus magnus, matertera magna, id est, avæ tam patruus, quam maternæ frater & soror.

¶ Quinto gradu veniunt, supra quidem avavus, avavia, infra atnepos, atneptis. Ex obliquo fratris & sororis pronepos, proneptis, fratris patruelis, sororis patruelis, amitini amitina, consobrini consobrigna, filia, propior consobrigna, propior consobrigna, id est, patris magni, amitæ magna, avunculi magni, materteræ magnæ filius, filia: his accrescunt propatruus, proamita.

¶ Hi sunt proavi paterni frater & soror, proavunculus, promatertera.

¶ Hi sunt proavia paternæ, maternæque frater, & soror, proaviaque materni. [Hæc & species nec aliis gradibus quam scripta est, nec aliis vocabulis declarari potest.]

a Ex Isidoro, l. 9. Etymolog. c. fin. Sentent. 4. dist. 41. Polyc. ibidem. b alit. fratris. c Isidor. l. 9. cap. 1. In sententia Isid. Pauli, lib. 4. tit. 11. de gradibus. Hugo de S. Vill. p. 11. lib. 2. cap. 14. d Burchard. lib. 7. c. 28. l. 10. p. 9. cap. 64. Pam. l. 7. c. 11. Ananias interpret. Pauli. e al. sobrinus. f al. sobrinus. g Ananias interpret.



CONSANGVINITAS PER TRES REGVLAS

declaratur.

Prima regula magistralis pro linea recta. Ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus queritur, computatis intermediis, una dempta, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantum distat abavus à Petruccio (Petruccium esse fingimus in cellula ubi est facies) utroque computato & intermediis, quinque sunt personæ demæ unatæ, quatuor sunt gradus: & sic de aliis.

¶ Pro linea collateralis, dua sunt regula.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto distat inter se, vel sibi attinent. Exemplum pone. Cum facis abavum stipitem inter P. & pronepotem proparui, (nam illi sunt in linea æquali,) quilibet distat à stipite quarto gradu; ergo inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat à communi stipite, toto distat inter se. Exemplum pone faciendo abavum stipitem, P. & filius proparui sunt in linea inæquali. Computemus ergo à remotiori, scilicet à P. sed P. distat à stipite quarto gradu, ergo à filio proparui quarto. Semper intellige secundum canones.

¶ Pro arbore consanguinitatis secundum computationem civilem datur talis regula.

Prima in linea recta ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus queritur, computatis intermediis, una dempta, tot sunt gradus inter eas.

¶ Pro linea collateralis.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat à communi stipite, toto duplicato, distat inter se, vel sibi attinent. Nam secundum leges quilibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legitarum ob aliud fit, quàm computatio Decretistarum.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ stipite dempto, tot sunt gradus. Si amplioem optas emutationem, recurre ad Ioannis Andree declarationem.

Circa lecturam Arboris diversis olim diversum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hispanus, post illos, lecturæ ipsius arboris novum modum allumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum nifus fuit aperire: sed propter multitudinem regularum, & versutum obscuritatem, aliquibus notum ignotum, aliis ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Ioan. And. inter decretorum doctores minimus & indignus, inventionem arboris ex eo fuisse, ut habentibus materiam consanguinitatis & affinitatis ignotam, nota, & habentibus notam, ex oculorum inspectione notissima fieret, antiquorum scripta revolvi, & (prout expedire credidi) compilavi.

¶ Primo querens ad utramque arborem, ad quid fuerit inventio arboris necessaria. Secundo an sit authentica. Tertio ad quid volumine decretalium repetita, quæ olim fuerat in decretis.

¶ Primæ questionis ex superius dictis patet solutio: probatio enim ad oculum alias vincit. *insti. de gradi. 4. agnationis. 27. q. 1. nec aliqua.* Ex ostensione enim facti quædam melius percipiuntur, quàm elocutione. extra, de dona. Apostolica. ver. fin. Hinc est quod agrorum mensio subicitur oculis. *16. q. 3. inter. de præscrip. quia indicante. C. fin. reg. 12.* Ventris inspectio, an mulier sit prægnans. *ff. de ven. insti. l. 1. in prim.* Locorum pudicitie investigatio, an mulier sit virgo. extra, de probat. proposuisti. an arcta, de fr. & ma. fraternitatis. vel aliter impedita. eo. tit. ex literis. Injurie an sit atrox affirmatio. *ff. de injur. l. 3.* Et literæ Papales an sint veræ vel falsæ, de cri. fal. licet.

¶ Ad secundum dic, quod arbor authentica est: quod patet ex canonibus Isidori & Alexandri, *33. quest. 5. cap. 12. & ultim.*

¶ Ad tertium dic, quod quia in decretis de consanguinitate & affinitate tractatur, utile fuit ibi arborem ponere, & quia in decretalibus est idem tractatus, & in hoc volumine utile fuit repeti, & eo maxime, quia nemini venit in dubium, id satis esse validum, satisque famosum, quod repetita lectio probat. C. de emen. lu. co. l. una. Item ex eo quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: unde expediens fuit secundum statum iurium novorum antiquam arborem decidere.

Deinde ad arborem consanguinitatis specialiter descendamus. Et primo queritur quid sit consanguinitas, & unde dicatur: quid linea, quid gradus. Secundo queritur quomodo arbor formetur, & quare sic pun-

ctetur: & interferemus regulas per quas cognoscuntur gradus. Demum ponemus quadam notanda, & quasdam quaestiones.

¶ Ad primum dico, quod consanguinitas est affinitas personarum, ex eo proveniens, quia una descendit ab altera, vel amba ab eadem. Vel est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum: quod satis est idem. Dicitur autem consanguinitas, quasi sanguinis unitas: à con. & sanguis: quia de communi sanguine descendunt. Et quoad probationem conjugii non distinguo, an tales consanguini sint producti ex uxorio coitu, vel ex fornicario, quod est expresse extra, de proba. per tuas.

¶ Linea verò est collectio personarum ab eodem stipite descendentium, gradus continens, & numeros distinguens. Et est triplex linea, scilicet graduum descendendum, ascendendum & collateralium, *in infra patenti, & ff. de gradu. l. 1. & l. iurisconsulto.*

¶ Gradus est habitudo distantiam personarum, qua cognoscitur quanta agnationis vel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum proclivium: quia ita gradimur de proximo in proximum. *ff. de gradi. l. iurisconsultus. 5. gradus.*

¶ Formatur autem sic arbor. Primo vide cellulas ascendendum: secundo descendendum: demum collateralium. Ascende super cellulam vacuum, qua remansit ideo vacua, quia non potuit nomen proprium habere, cum alia cellula (exceptis his qua per genitivum nominantur) sumant nomen ab ipsa. Quomodo enim possemus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris: fratrem fratris: patrem filii, & sic de singulis? & eam alii vocant Ioachim, alii Protheum, alii tuncam. Nos autem à nomine bidelli nostri vocemus eam Petruccium. Et scire debes, quod competenter illæ cellulæ medix ascendendum & descendendum dividetur directè per medium, ut à latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina matrum, ut abavus, proavus, &c. à latere sinistro nomina mulierum, ut abavia, poravia, &c. quia positi à latere dextro descendunt à matribus, & e converso. Supra cellulam vacuum est cellula hæc continens, pater, mater, & unum punctum supra, & unum infra. Supra illam est cellula ayus, avia, continens duo puncta supra, & duo infra. Supra illam est cellula proavus, proavia, continens tria puncta supra.

pra, & tria infra. Supra istam est cellula abavus, abavia, habens quatuor supra, & quatuor infra. Descendendo sub cellula vacua est cellula habens filium & filiam: & habet unum punctum supra, & unum infra. Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta supra, & duo infra. Sub illa pronepotem & proneptem, & tria puncta supra, & tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem, & quatuor puncta supra, & quatuor infra.

¶ Antequam ad collaterales transeamus, scire debet quod punctorum numeratio est numeratio graduum, habito respectu ad cellulam vacuum, & puncti superiores denotant computationem secundum jus canonicum, puncti inferiores secundum jus civile, &c. Ponitur autem computatio canonica in superiori parte cellularum, civilis vero in inferiori, ut deret intelligi excellentia juris canonici ad civile: maxime quoad hunc casum, quo instruitur in matrimonii, quae licite contrahi possint, nec ne: & cum matrimonium sit sacramentum ecclesiae, in eo praecipue lex minor est canonice, extr. de elec. nup. c. ult. & pen. Vides autem ex punctatione praedicta, quod in computatione ascendentium & descendendum concordat utrumque jus: quia in eis semper persona addita personae per carnis propagationem gradum adiecit.

¶ Ad inveniendum autem gradus inter eos secundum utrumque jus, tolle hanc magistralem regulam. Ascendendum & descendendum quot sunt personae de quibus queritur, computatis intermediis, una deinceps, tot sunt gradus inter eas. Si igitur vis scire quantum distat ab avo a Per. uo, utroque computato & intermediis, quinque sunt personae: deme unam, quatuor sunt gradus. Idem dico de ipso P. ad abnepotem: quia eo modo erit repetite quinque personae: & sic quatuor sunt gradus. Si velis scire quot distat ab avo P. ab abnepote P. invenies ibi novem personas computato P. & sic octo erunt gradus. Scias autem quod iste P. non habet totam suam computationem in arbore. Scias enim quod quilibet habet duos parentes: quatuor avos: octo proavos: sedecim abavos: & sic semper ascendentes duplicantur. Vnde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.

¶ Quarto an inter ascendentes & descendentes prohibitio copulae conjugalis excedat quartum gradum? Et dicitur. *Gloss. in sum. de consang. & aff. s. item quantum.* quod non, per decre. non debet, eod. tit. quae generaliter loquitur. Alii communitur contradicentes inter ascendentes & descendentes perpetuum esse prohibitionem dicunt: & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet, ad hoc 37. q. 3. *progenem. & duobus capitulis sequens.* in quibus dicitur, quod olim non solum utiq; ad secundum gradum, sed etiam in quantum notitia erat parentela extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum est alterum descendentem, & alterum ascendentem, perdatat prohiberi. ad idem Insti. de nupt. s. 1. ff. de ritu nupt. l. nuptia. & hoc verum puto.

¶ Ad collaterales transeamus, & ad fratrem & sororem: & causa brevitas prosequendo solum patrem mediam arboris ad modum vexilli: qua intellecta: eliqua intelligetur: quod per se patet, dicamus de fratre & descendibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia: ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos proneptis. & frater P. est cum P. in primo gradu secundum canones: in secundo secundum leges. Ejus filius in secundo secundum canones: in tertio secundum leges. Nepos in tertio secundum canones: in quarto secundum leges. Fratris pronepos est ipsi P. in quarto secundum canones: in quinto secundum leges: & sic debet esse utraque punctatio, & isti sunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus stipitem. Fac consequenter stipitem de avo: ex eo patris amita: ex illa frater patruelis & amitrus, soror patruelis & amitrus: ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patruus est P. secundo

gradu, frater patruelis etiam secundo gradu: filius in tertio, nepos in quarto secundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in sexto: & sic debet esse utraque punctatio. Postea fac proavam stipitem, & habet filios patruum magnum, amitam magnam, avum & aviam, avunculum magnum, & materteram magnam: illos non prosequimur. Ex cellula patris magni propior sobrinus, propior sobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorundem nepos neptis. Et quia P. distat a proavo, quem nunc feci stipitem, tertio gradu, ergo a patruo tertio, & a propiori sobrino tertio, & a filio tertio, & a nepote qui exit lineam aequalitatis, quarto secundum canones. Secundum leges vero distat P. a patruo magno quarto, a propiori sobrino quinto, & a filio sexto, a nepote septimo, & sic debet esse utraque punctatio. Modo fac abavum stipitem cum tribus filiis, scilicet propatruo, proavo, & proavunculo: de proavunculo non prosequor. Ex cellula propatruus oritur cellula horum filius filia, ex illa horum nepos neptis, ex illa eorundem pronepos proneptis. Isti omnes sunt cum P. in quarto gradu, quia P. distat a stipite in quarto gradu, ex illa linea nullus exit lineam aequalitatis, ergo omnes, distant quarto. Secundum leges propatruus distat v. filius vi. nepos vii. pronepos viii. & sic debet esse utraque punctatio.

¶ Nunc videndum est quibus regulis gradus illorum collateralium cognoscantur. Collateralium aequalis lineae unam trado regulam secundum canones.

¶ Collateralium in linea aequali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto distat inter se, vel sibi attinent: haec secundum canones. Exemplum ponat: quando facis abavum stipitem inter P. & pronepotem propatruus: nam quia illi sunt in linea aequali, qualibet distat a stipite quarto gradu: ergo inter se quarto.

¶ Secundum leges vero aliter est, & sic dicimus regulam. Collateralium in linea aequali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto duplicato distat inter se, vel sibi attinent. Vides ergo ex superius dictis, & ex punctatione, quod praedicti P. & pronepos propatruus distant viii. Et insurgit illa diversitas, quia secundum leges quilibet persona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: secundum canones vero duae personae faciunt unum gradum. Vnde (ut patet in cellula fratris) frater est cum P. in primo gradu secundum canones, in secundo secundum leges: sed computatio eorum ob aliud fit quam nostra. Bene ergo dicitur secundum leges, quod in aequali linea collateralium, sive linea sit paris numeri, sive disparis, non est reperire disparum gradum. Vide in linea paris numeri secunda vel quarta, disparis numeri prima vel tertia. In prima duo gradus, in secunda quatuor, in tertia sex, in quarta octo: quod non est secundum canones, quia in aequali linea disparis numeri habemus disparum gradum: quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum: & sic de singulis.

¶ Nunc restat videre de collateralibus in linea inaequali, de quibus traditur talis regula secundum canones. Collateralium in linea inaequali quoto gradu remotior distat a communi stipite, toto distat inter se. Exemplum pone faciendo abavum stipitem, P. & filius propatruus sunt in linea inaequali. Computemus ergo a remotiori, scilicet a P. sed P. distat a stipite quarto gradu: ergo a filio propatruus iv. & idem in descendibus usque ad lineam aequalitatis: & hoc est quod dicimus, quod persona addita persona usque ad lineam aequalitatis non crescit gradus: quia propatruus, filius ejus, nepos & pronepos omnes distant iv. gradu a P. Sed aliter secundum leges, secundum quas talem regulam tradimus.

¶ Collateralium in linea inaequali quot sunt personae (stipite dempto) tot sunt gradus. Vnde P. a stipite

distat iv. à pro patruo v. à filio vi. à nepote vii. à pronepote viii. & sic quilibet persona facit gradum. Vides ex supradictis quod P. non potest contrahere cum aliqua de arbore. Distat enim à summo, scilicet ab avo: ab imo, scilicet à nepote, ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto, à mediis citeriori: per quod satis patet, quod cum nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus: ut puta si pronepos pro patruo, vel pronepos fratris, procrearet filiam, posset P. cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu, remanet tamen consanguinitas: prohibitio enim, quæ per jus positivum, processerat, potuit tolli, sed naturalis sunt immutabilia, s. dist. in princ.

¶ Scire debes, quod communiter dicunt doctores, quod ab avus & pro avus, & avus sunt bigami, dicentes, quod si non essent bigami, non possent filii eorum conjungi, cum essent fratres: sed de hoc non multum curo: quia eadem ratione sic esset de aliis cellulis duplicibus, quod persone earum essent bigami. Vnde singamus perinde, ac si in qualibet duplici cellula haberemus quatuor personas, ac si diceretur pro patruus & uxor, pro avita & maritus, unde duplicatio posita fuit, ut nomina demonstraret in utroque sexu, non ut eos conjuges denotaret. Sciendum est etiam, quod in collateralibus æqualis lineæ bene sequitur. Ista regula affirmando & negando. Ego & tu sumus consanguinei in lineæ æquali, & ego possum accipere filiam tuam: ergo tu meam. Et negativè, ego non possum accipere filiam

tuam: ergo nec tu meam. Affirmative proceditur in lineæ æquali quarti gradus. Negativa in tertio vel citiori. Sed in lineæ inæquali: hoc non procedit affirmando vel negando: quia si unus est in quarto, alter in tertio vel citiori, qui est in tertio vel citiori, potest contrahere cum filia ejus, qui est in quarto gradu, & non e converso, unde pro patruus hujus filius & nepos contrahere possunt cum filia P. sed non e converso.

¶ Demum queritur, an collaterales, quorum unus est in quinto & alter in primo, puta filia P. & pro patruus possint ad invicem contrahere? Dicit Hostiensis quod non. Et hoc not. extra eod. quod dilectio. Et ca. ius. Et in summa hujus est. de consang. s. nunquid. in v. Et i. quod per sua argumenta nititur probare sic, scilicet pater & filius una persona censentur. C. de impub. Et alius sub. L. ult. sicut ergo non contrahitur cum stipite, sic nec cum filiis stipitis. bene fecit prædicta decret. tua, ubi fratres videntur poni prohibite. Contrarium tenet Bernh. quod colligitur ex aliquam ponit supra eod. tit. c. ult. & Ra. & Io. de Deo: de hoc est vetustissima, quod probant verba regulæ posita sup. eod. c. ult. dum dicit ibi, descendendum ab eodem. sed certum est quod pro patruus descendit ad stipitem. Præterea aut dicit quod est inter eos prohibitio ascendendum & descendendum, aut collateralium: de primo patet negando, quod certum est filium P. non descendisse à pro patruo. Est ergo prohibitio collateralium, sed certum est, quod isti distant quinto, quid igitur impediatur istos collaterales contrahere, non video. Io. And.

Multa dies, variusq; labor hujusce paravit
Artis notitiam: quæ modò clara patet.

PRIMUM GENVS AFFINITATIS, QVOD HODIE
HABET PROHIB.



ARBOR AFFINITATIS.

1. 2. Dna superiores cellula his numeris notatæ, decoris ergò posita sunt, ad genu affinitatis demonstrandum, non habent tamen prohibitionem.

AFFINITATIS DECLARATIO.

Affinitas secundum canones, est personarum proximitas ex coitu proveniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quasi duorum ad unum sinem unitas: eo quod duas cognationes diversæ per nuptias secundum legem.

Leges, vel per coitum secundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, ut ff. de grad. cognat. l. non facit. & affines.

¶ Scies autem quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virum, & inter consanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis ejusdem gradus, cujus est consanguinitas. Si ergo consanguineus tuus cognoscit mulierem: si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus, & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere. Dicitur est in regula, viri & mulieris, & non viri & uxoris: quia secundum canones etiam per coitum fornicarium & incestuosum contrahitur affinitas, pater de eo qui cog. consang. uxor. sua, cap. discretione. Et cap. penult. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris nulla est affinitas. Unde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia, sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsam virum, & consanguineos viri & ipsam mulierem. de consang. & affinit. quod super his.

Regula. Quotiescunque inter unam personarum, de quibus quaritur, & conjugem alterius non est vel non fuit consanguinitas intra quartum gradum inclusive, nulla est prohibitio: ut inter me & conjugem nepotis mei non potest esse matrimonium: quia nepos meus est mihi consanguineus intra quartum gradum.

Aliud exemplum. Soror mea habuit maritum, ea mortua maritus ejus aliam accepit, quod defuncto, potero contrahere cum ejus relicta: quia inter me & illam relictam nulla est, nec fuit consanguinitas.

Arborem Affinitatis & ejus materiam transeamus. Et primo videndum est quid sit affinitas, & unde dicatur: & quomodo ipsius genera insurgant, & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponemus postea quedam notabilia, & quaedam questiones.

¶ Est autem affinitas personarum proximitas ex coitu proveniens, omni carens parentela: hoc secundum canones: sed secundum leges est proximitas proveniens ex nuptiis, & requiritur secundum leges, quod legitime sint nupti, non interdicta, ut contrahatur affinitas. ff. de grad. l. non facit. s. secundum. Et dicitur affinitas, quasi duorum in unum finem unitas, eo quod duae cognationes diverte per nuptias secundum leges, vel per coitum secundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, ut mea l. s. affines.

¶ Sed quod per fornicarium coitum, & incestuosum secundum nos contrahatur affinitas, pater de eo qui consang. uxor. sua, cap. discretione. Et eod. titu. cap. penult. Sed consideratio legis fuit circa hereditates & tutelae deferendas, & ne quis cogatur adversus affinem testimonium dicere. ff. de grad. l. jurisconsultus. in princip. Et de test. l. 3. Et 4. quae 3. s. cum in criminali. ver. item lege Julia. Sed canon quoad matrimonia prohibenda consideravit unionem carnis, quae insurgit ex copula. Et est videre secundum hoc, quod concurrere potest attinentia consanguinitatis & affinitatis: ut si quis cognoscat consanguineam, omnes consanguineas utriusque sunt utriusque affines. Scias autem, quod affinitas est perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua persona, qua mediante contrahitur. 35. quae. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria: quae fit extra claustra pudoris. 35. quae. 10. 3. extraordinaria. Et adde quod tibi not.

¶ Et insurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honestate, interdum sine: & publica honestas interdum sine affinitate, ut si cognoscat uxorem vel sponsam, hic impedimentum est publica honestatis & affinitatis: si cognoscat non sponsam, hic affinitas sola est: si sponsam nondum cognovi, ibi sola publica honestas. Hoc dico quia mortua est uxor tua, & vis contrahere de dispensatione ecclesiae cum consanguinea sua, & ecclesia dispensat, quod possis contrahere cum illa, non obstante quod sit tibi affinis, tali gradu per dispensationem adhuc contrahere non poteris: quia licet sublatum sit impedimentum affinitatis, non tamen sublatum est impedimentum publicae honestatis. Debes ergo facere exprimi, quod possis cum tali contrahere, non obstante impedimento publicae honestatis, pro eo, quod desponsasti consanguineam ejus in quartum

gradu: & non obstante quod est tibi affinis in quarto, pro eo, quod dictam desponsatam carnaliter cognovisti, & tunc matrimonium procedere poterit.

¶ Genus affinitatis cognoscitur per hanc regulam, sed non gradus. Persona addita persona per carnis copulam mutat genus, sed non gradum. Isto modo, si is qui est mihi in secundo gradu consanguinitatis, cognoscit mulierem, illa est mihi secundo gradu affinitatis, & primo genere: si alius eam cognoscit, ille attinet mihi secundo genere affinitatis, & secundo gradu: si ille aliam mulierem cognoscit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & secundo gradu. Sed quia solum primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plene tradidit extra, de consang. & affin. cap. non debet. hic circa hoc non insisto. Ergo si persona mihi consanguinea jungatur sibi aliam personam carnali copula, persona juncta est mihi affinis primo genere affinitatis: si attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula se alteri commisceat, illa attinet mihi secundo genere: si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat, illa est mihi affinis tertio genere, sed eodem gradu. Est igitur videre de gradibus. Certum est, quod affinitas non habet hodie prohibitionem nisi in primo genere, & in illo usque ad quartum gradum: licet affinitas non habeat suam specialem computationem graduum, sed computantur gradus affinitatis secundum gradus consanguinitatis. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem, si vis scire quoto gradu est tibi consanguineus tuus secundum regulas, quas tradidi in proxima arbore, & quoto est tibi ille consanguineus, toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere.

¶ Nunc formemus arborem: & in medio arboris sunt quatuor cellulae, & in prima superiori ponitur primus gradus, in secunda secundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quaritur, quare ponantur in medio fratris & sororis. Secundo, quare non exprimentur attinentiam, dicendo, primus gradus affinitatis, & sic de singulis. Ad primum dic, hoc fuisse videtur intelligi, quod affinitas oritur ex consanguinitate, & quod ab utroque sexu virili & femineo affinitas contrahatur. Ad secundum dic, attinentiam non fuisse expressam, ut illa computatio graduum ad consanguinitatem & affinitatem referatur: unde soror & frater sunt in primo gradu consanguinitatis, & frater & vir sororis sunt in primo gradu affinitatis, & sic de aliis. Deinde a latere dextro dictae lineae ponitur alia linea quatuor cellulas continens: in prima scribitur frater, in secunda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorsum hujus alia linea continens alias quatuor cellulas: in quarum

prima scribitur uxor fratris olim relicta, in secunda uxor filii fratris, in tertia uxor nepotis fratris, in quarta uxor pronepotis fratris. A latere sinistro sunt alia quatuor cellulae: quarum prima soror, secunda sororis filia, tertia sororis neptis, quarta sororis proneptis. Ad dorsum harum sunt alia quatuor: prima uxor fratris olim relicta, secunda uxor fratris, tertia uxor fratris, quarta uxor fratris. Ponuntur etiam alia duae cellulae, una a latere dextro continens, relicta relictae fratris: a sinistris relicta relictae sororis, quae secundum omnes ponuntur ad decorem, & ad demonstrandum genera affinitatis, quae hodie prohibitionem non habent. Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum una oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula uxor fratris, in qua scribitur primus gradus affinitatis. Item alia linea reflexa, quae oritur in cellula sororis, & terminatur in cellula uxoris fratris, in qua idem scribitur.

¶ Circa hoc quaero, quare in cellula, uxor fratris, scribitur, olim relicta, quod non ponitur in aliis cellulis inferioribus ejusdem lineae? Et dicitur hoc factum fuisse propter cellulam, quae ponitur ad dorsum illius. q. d. frater habuit uxorem, mortuo fratre uxor ab eo relicta contraxit cum alio viro, illa demum mortua, iste relicta a relicta fratris, nulli contrahere cum sorore, nunquid potest? Olim non poterat, quia erat filius in secundo genere, & primo gradu, hodie vero potest. Idem fit repetitum quoad cellulam uxor fratris.

¶ Ad cognoscendum ergo gradus affinitatis & genus tam per formam arboris, quam ex prius dictis, tolle hanc solam regulam magistralem. Per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virum, & inter consanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis, & ejusdem gradus cuius est consanguinitas. Quare dicatur in regula per carnalem copulam viri & mulieris, & non viri & uxoris, colligi ex his, quae in principio dixi. Inter consanguineos mulieris & virum, & consanguineos viri & mulierem, ideò dixi: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri & consanguineos mulieris nulla est affinitas: unde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus, pater & filius cum matre & filia. Sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsam virum, & consanguineos viri & ipsam mulierem, extra, de consang. & affin. quod super his. Primi generis quare dixerim, etiam ex superioribus patuit, & ejusdem gradus cuius est consanguinitas: vide hoc in arbore, nam frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus sororis est frater in primo gradu affinitatis, & sic uxor fratris sorori, & sic filia sororis est filia fratris & ipsi frater in secundo gradu consanguinitatis, maritus ejus in secundo gradu affinitatis, & e converso, & sic in reliquis. Unde uxor proneptis sororis attinet fratri & omnibus descendentes, qui sunt in arbore, quarto gradu affinitatis: & hoc ideò, quia toto gradu consanguinitatis attinet predictis ipsa proneptis. Qui sunt in arbore, ideò dixi, quia si pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam aequalitatis, & sic attinet quinto gradu secundum regulas traditas in proxima arbore.

¶ Post hoc notandum est, illud praesens non sequitur, ego & tu sumus affines, ergo filius, quem procreo, est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus a continentia, quia ego sum tibi affinis, & ipse consanguineus interdum nil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdum nec mutat genus, nec gradum. Exemplum. si ego & tu sumus affines per appositionem mei, quia scilicet contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea tua filium procreo, ille est tibi consanguineus, non affinis: sed si ego maritus consanguineae tuae ex alia muliere filium procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis. Si verò tu consanguineus uxoris meae

filium procreas, hic filius non mutat genus a continentia, quia tu pater es mihi affinis, & ipse affinis, sed si tu & uxor mea eratis in aequali linea, vel inaequali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipsi in secundo, vel primo tunc ipse filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipse mihi in quarto. Si uxor tu & uxor mea eratis consanguinei in linea inaequali, sed uxor mea erat remotior, ut quia ipsa in tertio, & tu in secundo: tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipse affinis: tu in tertio gradu, & ipse in tertio gradu. Item nota quòd istud etiam non sequitur, ego & tu sumus affines, & ego non possum accipere filiam tuam: ergo nec tu meam: quia si habeam consanguineam tuam in uxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea, quam habui ex alia muliere: quia affinitas non contrahitur inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris: sed inter virum & consanguineos mulieris, & inter mulierem & consanguineos viri, ut dixi, & probatur extra, de consang. & affin. quod super his. Sed ego non possum contrahere cum filia tua, nisi forsitan illa excederet quartum gradum, ut quia esset in quinto, & est simile secundum quod dixi supra in proxima arbore circa finem.

¶ Nunc quaeritur, an affinitas inter ascendentes & descendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantum usque ad quartum gradum? Et sic tenemus opinionem Goffredi, de qua dixi supra in arbore proxima circa medium, diceremus quòd usque ad quartum gradum tantum. Sed tenendo contrariam opinionem diceremus, quòd prohibitio sit perpetua. Dicit enim textus, quòd ita abstinere debemus à consanguineis uxoris, ut à propriis, extra, de consanguini. & affin. cap. 1. §. quæsi. 3. de propinquis. & cap. aequaliter. Si ergo inter consanguineos ascendentes & descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines ad idem, in fine, de nupt. §. affinitate. & dicitur lex, quòd tales affines ascendentes & descendentes habentur loco parentum & liberorum, si de gradibus. non facile & retro in fine. Eodem modo posset formari quaestio de affinitate, quorum unus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in consanguineis dixi supra in arbore proxima in fine. An autem liceat diversis temporibus habere in uxores duas cognatas, scilicet uxores duorum fratrum, & an conjuncti olim in gradu prohibito hodie permisso simul manere possint, de hoc vide not. extra, de consang. & affin. cap. non debet.

¶ Ultimo quaeritur ad utramque arborem, an prohibitio consanguineorum vel affinium conjugendorum procedat ex prohibitione divina, an ex humana, & quare facta sit prohibitio. Breviter scias quòd olim propter necessitatem fratris necessario habuit contrahere cum uxore, & consanguineis cum consanguineis: unde tunc in collateralibus non erat prohibitio. Hoc fuit à principio generis humani in filiis & nepotibus Adæ; hoc etiam fuit post diluuium in nepotibus Noë. In Levitico verò prohibita fuerunt tere duodecim personae, quas vide nota extra, de restitu. spol. cap. literas. & de divor. cap. gaudeamus. Demum jus positivum canonicum prohibuit consanguineos & affines primi generis conjungi in septimo gradu & ceteriori: quae prohibitio postea usque ad quartum gradum est restricta, extra, eod. non debet. Revocatio verò fuit ex causa, quae ibi ponitur, quòd prohibitio partim procedit ex jure divino, & partim ex positivo. Unde in secundo gradu aequalis linea collateralis contrahere possunt jure divino, sed non positivo. Ratio verò prohibitionis sumitur 31. quaest. 1. §. 1. capite 1. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam si contraherem cum sorore, idem esset pater & socer, mater & forculus, vir & frater,

frater, &c. Sed si alium habeo patrem, alium socerum, numerofius se charitas protenderet: in qua universi fideles & sapientes studentes continuè perseverent per gratiam eius, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

QVÆSTIO VI

Nunc queritur, quibus accusantibus, vel testificantibus, consanguineorum conjugatio dirimenda sit.

C. I. ¶ *Consanguinei tantum, vel si progenies defecerit, antiqua & veraces propinquitatem in synodo computent.*

De his ita decrevit Fabianus Papa.

Consanguineos & extraneorum nullus accuset, vel consanguinitatem in synodo computet: sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet, id est, pater, mater, frater, soror, patruus, avunculus, amita, matrem, & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, ab antiquioribus & veracioribus, quibus eadem propinquitas nota sit, Episcopus canonicè perquirat: & si inventa fuerit propinquitas, separetur.

C. II. PALEA.

[Cælestini Papæ decretum ecclesie Florentinæ missum.]

Videtur nobis, quod d. secunda, quam contra prohibitionem ecclesie duxit, non sit uxor, etiam si primam non habet desponsatam. Nam quod contra interdictum & ordinem ecclesie factum est, tanquam inordinatum, & rationem non habet tam divine, quam humane legis proclamata auctoritas. Quia igitur ea, quam inordinate superduis prohibitionem renitente, uxor non est, cogendus est eam recipere, quam juravit & desponsavit, & ex ea prolem genuit: ut iuramenti religio non vilipendatur, & fides ad invicem promissa seruetur, & proles in cultu Dei nutritur, & educetur, & alii exinde occasione pejerandi, & de aliis decipiendi assumere non valeant. Quod autem parentes, fratres, & cognati utriusque sexus in testificationem suorum ad matrimonium coniungendum vel dirimendum admittantur tam antiqua consuetudine, quam legibus approbatur. Ideo enim maxime parentes, & si defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam unusquisque suam genealogiam & cum testibus, & charis, tum etiam ex recitatione majorum scire laborat. Qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius sunt, & quorum est interesse, ita ut, si non interfuerint, & consensum non adhibuerint, secundum leges, nullum sit matrimonium: Quod vero legitur [e pater non recipitur in causa filii, nec filius in causa patris] in criminalibus causis & contractibus verum est: in matrimonio vero coniungendo & disjungendo, ex ipsius conjugii prerogativa, & quia favorabilis res est, congruè recipiuntur.

¶ Hæc Palea dicitur in plerisque vetustis exemplaribus. Habentur etiam, qui matrimonium accusant, cap. 3. ex Clemente III. abbas Longino, Florentino Episcopo, alias ecclesie Florentinæ: unde, & ex aliis manifestè est emendata, veteris aliqui & addita, & subiecta.

C. III. ¶ *Qui iurejurando propinquitatem firmare debeant.*

Item Virbanus Papa Richardo a Genensibus Episcopo.

Notificamus tibi, ut postquam tres, aut duo ex propinquiorebus jam defunctæ uxoris ejus, qui accusatur, vel viva, hanc propinquitatem iurejurando firmaverint, vel tres aut duo ex antiquioribus Genensibus, quibus hæc propinquitas nota est, qui bonæ famæ, & veracis testimonii sint, remoto amore, timore, pretio, & omni malo studio, supradicto modo consanguinitatem firmaverint, sine omni mora conjugia dissolvantur. Quod si propinqui, aut extranei verbis tantum propinquitatem testantur, & iuramento probare vel noluerint, vel nequiverint, conjugium nullatenus dissolvatur: sed competentis poenitentia propter infamiam, vel peccati maculam (si forte in hac re contraxerint aliquam) injungatur.

C. IV. ¶ *Sua confessioni relinquuntur, quorum incestum nullus iurejurando affirmat.*

Item ex c. concilio Urbani Papæ habito in Apulia.

Si duo, vel tres viri consanguinitatem iurejurando firmaverint, vel ipsamet forte confessi fuerint, conjugia dissolvantur. Si verò neutrum contigerit, Episcopi eos per baptismum, per fidem, per iudicium Christi in vera obedientia obtestentur, quatenus palam faciant, utrum se (sicut est fama) consanguineos recognoscant, si negaverint, sibiipsis relinquendi sunt: ita tamen, ut si aliud in conscientia habeant, se à liminibus ecclesie, à corpore & sanguine Domini, à fidelium communione noverint segregatos, atque infames effectos, donec ab incestu facinore desistant. Si se Episcoporum iudicio segregaverint, si juvenes sunt, alia matrimonia contrahere non prohibeantur.

2 pars. Ecce quibus accusantibus vel testificantibus consanguineorum conjugiones sunt dirimenda. Cujusmodi vero iuramentum ab accusatore sit exigendum, ex Romano ordine I habetur. Est autem huiusmodi.

1 ¶ Ordine.] Ceteri collectores citant non, ex ordine: sed, ex concilio Romano sub Gregorio III. Ex quibus collectibus, & vetustis Gratiani exemplaribus nonnulla sunt emendata in hoc, & in sequentibus capitulis.

C. V. ¶ *Iuramentum accusatoris.*

In ista e parentela illa, quam dicunt esse inter illum N. & istam ejus conjugem N. quidquid inde scis, & audisti à tuis vicinis, aut à tuis propinquis antiquioribus, quod tu per nullum ingenium, nec propter timorem, nec propter amorem, aut per fraudem, aut ejus consanguinitatem celabis Episcopo tuo, aut ejus missum, cui hoc inquirere jussit, quandoque te ex hoc interrogaverit. Sic te Deus adjuvet, & ista sanctorum reliquit.

C. VI. ¶ *Iuramentum testium.*

Illud est sacramentum, quod iste juravit de illa parentela, que inter illum N. & ejus conjugem N. computatur, quod tu illud observabis, in quantum scis, aut audisti. Sic te Deus adjuvet.

3 pars. Hoc iuramentum non est separationis, sed synodale, institutum ab Eutychiano Papa.

C. VII. ¶ *Synodale iuramentum.*

Episcopus qui in synodo residens post congruam allocationem septem ex plebe ipsius parochia, vel eo am-

a al. Cypriano. b Sentent. 4. dist. 41. l. 1. v. part. 9. cap. 33. Panorm. lib. 7. cap. 85. c In codice pervetusto ex Eugenio II. d Sentent. ibid. l. v. p. 9. c. 12. e Polyc. l. 6. tit. 4. Anselm. l. 101. c. 7. 4. Burch. l. 7. c. 25. l. v. p. 9. c. 61. Panorm. l. 7. cap. 86. f al. propter. g al. propter. h al. stud. i Burch. l. 7. c. 26. l. v. p. 9. c. 62. Panorm. l. 7. c. 87. k Polyc. l. 6. tit. 4. Anselm. l. 6. c. 132. Burch. l. 1. c. 91. 92. 93.

plius prout viderit expedire, maturiores, honestiores, atque veraciores viros in medium debet evocare, & alatis sanctorum pignoribus unumquemque illorum tali sacramento constringat. Amodo in antea quidquid noverit, aut audivit, aut postmodum inquisiturus es, quod contra Dei voluntatem, & rectam Christianitatem in parochia factum sit, aut futurum erit, si in diebus tuis evenierit, tantum ut ad tuam cognitionem quocumque modo perveniat, si scis, aut tibi fuerit indicatum synodalem causam esse, & ad ministerium Episcopi pertinere, quod tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec propter avaritiam, nec propter parentelam ullatenus celes Episcopum, aut ejus missum, cui hoc inquirere iusserit, quando cum te ex hoc interrogaverit. Sic te Deus adjuvet, & illa sanctorum reliquia. Illud 1 sacramentum, quod iste juraverit de synodali causa, quod tu illud ex te ita observabis, in quantum scis, aut audivisti, aut ab hac die in antea inquisiturus es. Sic te Deus adjuvet, &c.

1 ¶ Illud Burchardus legit, illud. & ante hac verba proponit hanc fabricam, Juramentum ceterorum.

4 pars. Ab hoc juramento illud sumptum est, principio paululum derivato. Porro de juramento separationis Innocentius Papa II scribit Orthoni Lucensi Episcopo, dicens.

C. VIII. ¶ Juramentum illorum, qui consanguinitatem probant.

DE parentela illa, unde nos consulere voluisti, pro qua etiam est ad nostram audientiam appellatum, aliorum fratrum scripta suscepimus, qui utique causam ipsam diverso modo narrabant. Et primo quidem tam in gradibus, quam in nominibus personarum discordasse: postmodum vero in altero eorum computatores ejusdem parentelae dicuntur convenisse. Ceterum in hujusmodi casibus summopere consideranda est qualitas personarum, quae aliquid contra quoslibet asserere velint: quae etiam in iurandum praestare debent, quod neque gratia, neque pretio, vel timore, vel odio alicujus hoc dicunt contra eos, de quibus agitur: sed potius, quia credant ita verum esse, & ita se a suis antecessoribus audivisse. In quibus omnibus non debet aliqua varietas, vel contrarietas inveniri.

5 pars. Qui vero separantur ab invicem, hujusmodi juramentum praestabunt b.

C. IX. ¶ Juramentum separationis.

AB isto die in antea, quod tu per nullum ingenium te sociabis huic tuae consanguineae, i. N. cum qua contra legem, & rectam Christianitatem adulterium & incestum perpetrasti, nec in conjugio, nec in adulterio illam tibi sociabis, nec cum illa ad unam mensam manducabis & bibes, aut sub uno tecto manebis: nisi forte in ecclesia, aut in alio publico loco, ubi nulla mala suspicio possit esse, & ibi coram testibus idoneis pro certa necessitate pariter colloquimini: nec aliam conjugem accipies, nisi forte post perfectam poenitentiam tibi licentia data fuerit ab Episcopo tuo, aut ejus missis. Sic te Deus adjuvet, & illa sanctorum reliquia.

1 ¶ Consanguineae] Qua sequuntur usque ad versum, perpetrasti, addita sunt ex Burchardo & Ivone, utem, alia nonnulla. 6 pars. Occasione vero consanguinitatis uxorem suam dimittere, & aliam ducere non licet, nisi causa primum probata fuerit.

C. X. ¶ Nisi coram ecclesia consanguinitate probata uxorem dimittere non licet.

Unde Alexander Papa II. Gualtero de Monasterio d.

Mulierum & relatione cognovimus, te propria

a al. primum. b al. praestabant. c Poly. l. 6. tit. 4. Anselm. lib. 10. cap. 75. Burch. l. 7. cap. 27. l. 100 p. 9. cap. 63. Pamorm. lib. 7. cap. 33. d al. Monasterio. e l. 100 part. 9. c. 37. Pamorm. l. 7. s. 2.

velle abicere uxorem, & adhaerere alteri, praetendentes confanguinitatis occasionem. Videt A. postolica auctoritate interdicendo mandamus tibi, ut hanc equam nunc habes uxorem, nullatenus praetextibus dimittere, vel aliam ducere, donec Episcoporum & religiosorum consilium causam istam examinauerit.

7 pars. Recepturus vero eam, quam injuste dimisit, non jurabit.

C. XI. ¶ Reconciliationis juramentum.

AB isto die in antea istam conjugem tuam N. quam injuste dimiseras, ita tenebis, sicut per rectum iustitiam suam debet habere conjugem, in dilectione, & debita disciplina: ne eam per illum malum ingenium a te separabis, nec ea vivente aliam accipies. Sic te Deus adjuvet, &c.

Quod autem unius testimonio conjugia apud quosdam dirimuntur, nulla ratione ratum habetur. Cum enim Dominus dixerit: b [Omne verbum stabit in ore duorum vel trium iustorum.] Item cum in Ilerdensi concilio, cap. 20. dicitur: [Omni contraversa, quae de ecclesiasticis rebus sit, sciendum divinae legem sub duobus vel tribus iustis terminetur.] Dominus dicitur: c [non unus sit contra alicuius d., sed in ore duorum vel trium iustorum sit verbum bonum.] Item cum alibi dicitur: [nullus 2 persona e quae tumlibet exercitate testimonio aliquid creditur.] evidenter apparet, unius assertione conjugia non esse dirimenda.

1 ¶ Contra alium] In Deuteronomio haec adduntur, quod quid illud peccati & facinoris fuerit. In Evangelio autem sunt tantummodo sequentia, ut in ore duorum, &c.

2 ¶ Nullius persona] In codice Theodosiano, lib. 11. tit. 4. leguntur haec verba, & nunc manifeste sancimus, nec unius omnino testis responso audiri, etiam si praedio civitatis honore praefulgeat. quorum similia recitantur ab Ivone, p. 16. c. 104. Et Gratianus supr. q. 2. in princ. hanc eandem sententiam attulit.

QUESTIO VII

Quod autem queratur, si illi, qui de incestu nascuntur, filii reputentur, Augustinus in libro Quaestionum super Leviticum, cap. seu qu. 76. determinat, ita dicens.

C. I. ¶ Non appellatio filii, quia de incestu nascuntur.

Quid est [Quicumque 1 dormierit 2 cum cognata sua, sine filijs morietur.] cum filii ex huiusmodi conjunctionibus & ante nati sint, hodieque nascuntur? An hoc intelligendum est lege Dei constitutum, ut quicumque ex eis nati fuerint, non deputentur filii, id est, nulli parentibus iure succedant.

1 ¶ Quicumque dormierit cum cognata sua] Haec verba non sunt hic apud beatum Augustinum, sed initio ipsius questionis 76.

QUESTIO VIII

DE his vero, qui ignorantem conjuncti sunt, in quo gradus consanguinitatis vel affinitatis ex dispensatione recipi relinquuntur, Gregorius in Regulo definit, dicens.

¶ In Polycarpo citatur ex Gregorio in Decretis.

C. I. ¶ Non separantur, qui infra septimam generationem ignorantem copulantur.

DE his gradibus vero cognationum, qui infra septi-

a Poly. ibid. Burch. l. 9. c. 31. l. 100 p. 3. cap. 27. Pamorm. l. 7. c. 41. b Deut. 17. c Deut. 19. Matth. 18. d al. ab quem. e c. quast. 2. in princ. supr. f Burchardus l. 10. cap. 17. l. 100 part. 9. c. 37. Pamorm. l. 7. c. 43. g Levit. 20. h Poly. l. 6. tit. 4.



nam generationem in matrimonio sunt inventi, si nescientes fuerint, & jam multa curricula amorum sint revoluta, ita ut filios habeant, in sexto qui inventi sunt, aut fortasse in quinto, huiusmodi non separantur, donec nos Domino permittente, ore ad os loquamur. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Qui vero de his duobus gradibus novas contraxisse nuptias videntur, id est, infra anni coronam, modis omnibus separantur. De cætero verò generalia per omnem provinciam statuta percurrentia taliter firmentur, ut nullus audeat deinceps tale scelus perpetrare: & qui fecerint, sine retractationis misericordia actoribus puniti ultionibus separantur. Hi verò, qui propinquas sanguinis uxoris suæ in matrimonio sibi sociaverunt, sicut iam dudum vobis scripsimus, qui eodem gradu inventi sunt, separantur: aut suspendatur eorum causa, usque dum nos simul Domino auxiliante conveniamus. *Idem.* ¶ De his, qui post mortuas uxores, secundas nuptias contrahere voluerint, iuste, & honeste, & rationabiliter prospeximus ab earum consanguineis usque ad quartum gradum genealogiæ abstinere. Hoc nos secundum indulgentiam sanctæ matris ecclesiæ mitius prælibavimus. Cæterum iuxta 2. sœcularium legum centuriam dignis coercitionibus, gravibusque disciplinæ inventionibus a hæc omnia mala & illicita modis omnibus rescanduntur, ut in futuro deinceps tempore cuncta quiescant.

1 ¶ De his, qui] In Polycarpo hæc verba sunt ex eodem Gregorio, sed habent conjunctio cum c. de affinitate, sup. q. 2. & 3. & præterea antea huic capitulo, de gradibus.
2 ¶ Luxu sœcularium] De patna incestorum est in novella 12. Justiniani, & in Capitol. l. 7. c. 432. & in adjectu, cap. 124. & 127.

C. II. ¶ In quarto & quinto gradu conjuncti inventi fuerint, separantur.

Idem Felice Messana civitatis Episcopo.

Hæc b. Felubriter præcavenda sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis sui, usquequo affinitatis lineamenta generis successione cognoscuntur, matrimonio sibi desideret copulare: sed i. sicut a majoribus nostris definitum est, ita modis omnibus observetur: quoniam usque ad septenarium numerum parentelæ, nulli unquam copulam contrahere licentiam damus, his videlicet, qui ex patre & matre consanguinitatis parentela descendunt. Qui autem, & quæ in quarto, vel in quinto gradu conjuncti inventi fuerint, separantur: quoniam scriptum est: c. [Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, ut revelat turpitudinem ejus.] & iterum: [Arima, quæ fecerit quippiam ex istis, peribit de medio populi sui.] Sanè quibus 2. conjunctio interdicitur illicita, habebant incendum conjugii melioris libertatem.

Nisi 3. in eodem crimine usq. ad mortem alterius eorum continenter perseveraverint.

¶ Integrum capit. Hæc salubriter, ut est apud Gratianum, etiam ab Anselmo citatur ex Gregorio. In Polycarpo autem sequitur post c. Pythacium, sup. 30. q. 3. attributum Zacharia. In Concilio Iul. II. c. 5. quod refertur Burchardus & Ivo, habentur catep. huius c. verba, præter ea quæ indicabuntur.

1 ¶ Sed sicut] Hæc usq. ad versu. Separantur, absunt à concilio Burchardo & Ivone.

2 ¶ Sanè quibus] Hæc in concilio impresso non habentur: quæritur apud Burchardum & Ivonem ponuntur conjuncte cum superioribus. Leguntur autem in Agathensi, & Epauensi, Turonico 2. & in Capitularibus adjectu, sed aliqua cum varietate, ut est notandum supra ead. q. 2. & 3. de incestu.

3 ¶ Nisi in eodem] Hæc nusquam sunt inventa, & visa

a al. investitibus. b In Concilio Tolet. 2. c. 9. Polycarpo. Anselmo. c Capit. l. 7. c. 432. Ivo p. 9. c. 42. c Levit. 18.

sunt Gratiani. Quod indicat illo loquendi modo. Unde in Aurelian. concilio.

C. III. ¶ Non ducunt uxores, qui usq. ad mortem alterius in incestu perseveraverint.

Unde in Aurelianensi concilio.

Incestuosi a, dum in ipso desecando atque nefando scelere manent, non inter fideles Christianos, sed inter gentiles, aut catechumenos habeantur: id est, cum Christianis non sumant cibum nec potum, sed soli faciant hoc; non osculentur, nec salutentur ab eis. Et si suis sacerdotibus inobedientes extiterint, & à tam nefando scelere se segregare, atque ad publicam poenitentiam redire noluerint, inter eos habeantur, qui spiritu periclitantur immundo, vel etiam inter eos de quibus per se veritas ait: [Si te b non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.] Et i si alter eorum morte præventus fuerit, alter, quamdiu vivit, graviter poeniteat, & sine spe conjugii maneat.

Hoc Burchardus etiam & Anselmus citant ex Aurelianensi, & aliquid ad hanc rem faciendum habent ex Aurelianensi 3. c. 10. sicut etiam in Agathensi, c. 61. ex quo videtur citare Ivo. Sed longè magis cum hoc capite concordat c. 4. Concilio Ilerdensis, relatum supra ead. quæst. 2. & 3. De iis, qui incesti. Eadem autem plane verba leguntur l. 7. Capit. c. 433. & in adjectu, c. 125. exceptis tamen vis, quæ indicabuntur.

1 ¶ Et si alter eorum] Hæc non sunt in Capitularibus indicati, sed horum loco habentur ista. Nam cum fidelibus non debent orare, neque in ecclesiam intrare, sed ad januam ecclesiæ excubare, & intrantibus in eam, & exentibus ex ea, vultu in terram prostrato veniam postulare, & ut pro se orare non dedignentur, flagitare, & lachrymis profusis, vultu contrito, atque humiliato spiritu semper omnibus apparere usque ad satisfactionem ecclesiæ, & proprii Episcopi canonicam reconciliationem manere, & ad pristinum incestum nunquam redire, nec sœcularia negotia exerceat, nec placitis, aut accusationibus & testimoniis interesse, sed crebris sacerdotum precibus, manusque Pontificis proprii impositionibus, & elemosinarum largitionibus, atque cæterorum bonorum hominum & exhibitionibus expurgari, sanarique oportet.

Hæc auctoritate, qui in quarto, vel in quinto gradu consanguinitatu conjuncti inventi fuerint, ab ecclesia separari jubentur.

QVÆSTIO IX.

Vnde queritur, si ecclesia fraude testium, aut ignorantia eorum decepta aliquos separaverit, qui post separationem alia conjugia contraxerunt, si postea deprehensa fuerit calliditas, vel falsa opinio testium, an priora conjugia sint redintegranda. Quod fieri non posse argumentis & auctoritate probatur. Sententia namq. nisi per appellationem intra terminum lege constitutum relevata fuerit, irrevocabile robur obtinet. Hinc etiam B. Gregorius scribit, dicens.

C. I. ¶ Quæ rationabiliter dirivisa sunt, mutari non expedit.

Omnibus a modis ecclesiasticæ disciplinæ vel moderationi conveniens est, ut quæ rationabiliter ordinata fuerint, vel decisa, nulla in posterum debeant refractione turbari.

¶ In vulgato Gratiani codicibus tribuebatur B. Augustino. Restitutum est B. Gregorio ex aliquot vetustis exemplaribus & Anselmo. At supra 25. quæst. 2. c. ecclesiastica, hoc idem citatur ex Gregorio, apud quem legitur eisdem penè verbis, lib. 7. indist. epist. 60.

a Capit. l. 7. c. 433. & in adjectu, c. 125. Ansel. l. 11. c. 9. Burch. l. 7. c. 5. Ivo p. 9. c. 42. b Matth. 18. c fortasse operum. d 25. q. 2. ecclesiastica. Ansel. l. 2. c. 9.



C. II. ¶ Quia utiliter decisa sunt, à successoribus roborentur, à temerariis præsumpta rescantur. Item Stephanus Papa V. Paulo Episcopo Placentino.

Loci nostri confideratio nos admonet rationis auctoritate, quæ à prædecessoribus nostris utiliter decisa fuerint, roborare: & quæ à temerariis præsumpta fuerint, in promptu nihilominus ulcisci. Reum quippe ante conspectum divini iudicis se noverit esse, qui nititur utiliter finita rescindere, ac roborata quolibet ausu violare. Ecclesiastici quippe b vigoris ordo confunditur, si aut temerè illicita præsumantur, aut non concessa impunè tententur. Proinde si negligentè ea, quæ malè usurpantur, omittimus, excessus viam proculdubio aliis aperimus.

¶ Sententia huius capituli, & multa etiam verba sumpta sunt ex B. Gregorio lib. 7. in dicit. 1. epist. 13. & 28.

Quia ergo sententia hac rationaliter data est, nec per appellationem intra certum terminum relevata, apparet, quod nequam priora conjugia sunt redintegranda. Hu ita respondetur: Aliud est sententiam rescindere, & rationaliter decisa turbare; atq; aliud, quæ per subreptionem obveniunt, deprehensa corrigere: suum namq; errorem cuiq; corrigere licet, atq; idè, quæ à quolibet illicitè committuntur, sive à prædecessoribus admessa inveniuntur, in melius revocari oportet. Porro illicitè uxor à viro suo separata est, & illo vivente alii copulata, cum Dominus solius fornicationis causa à viro suo uxorem separari jubeat. Sicut ergo si aliqua, cuius vir putaretur defunctus, alicui copularetur, & qualibet occasione interveniente, ab ejus consortio discederet, quamvis iudicio ecclesiæ cogatur redire ad eum, quem reliquerat, tamen, si e post triennium virum, qui mortuus putabatur, redire contingerit, priora conjugia redintegrabuntur: sicut enim deprehenduntur non fuisse consanguinei, qui causa consanguinitatis ab invicem separati sunt, prioris consortii fœdera sunt reparanda.

2 pars. Quod autem quæ illicitè admittuntur, vel admissa inveniuntur, corrigenda sunt, vel quod sententia etiam Romana sedis in melius commutari valeat, auctoritate Hilarii Papa, & Nicolai monstratur.

C. III. ¶ Corrigendum est, quod illicitè admittitur, aut à prædecessoribus admissum invenitur.

¶ Sit namq; Hilarius Episcopus urbi Romane synodo præsidens, cap. 4.

Quod à quis commisit illicitè, aut à prædecessoribus suis invenit admissum, si proprium periculum vult vitare, damnabit. Nos enim in nullo volumus severitatem ultionis exercere: sed qui in causis Dei, vel contumacia, vel aliquo excessu deliquerit, aut ipse, quod perperam fecit, abolere noluerit, in se quidquid in alio non resecuerit, inveniet. Quod ut deinceps possit tenacius custodiri, sic placet, sententias, causas, & subscriptiones proprias omnes commodare, ut synodali iudicio aditus claudatur illicitis.

C. IV. ¶ Secundam suæ conditionis tenorem Apostolica valet mutare sententiam.

¶ Item Gregorius.

Apostolica sedis sententia, tanta semper consilii moderatione concipitur, tantæ patientiæ maturitate decoquitur, tantaque deliberationis gravitate profertur, ut retractatione non egeat, nec immutari necessarium ducat, nisi forte sic prolata sit, ut retractari possit, vel immutanda secundum præmissæ tenorem conditionis existat.

a 2. Cor. 10. b dist. 93. diaconus. c Vide supr. cum per bellicam. 34. q. 1. & 2. d Deusd. p. 1. Pol. 1. 4. tit. 20. Anselm. 1. 6. c. 17. e al. in aliquo. f Deusd. ibid. Pol. 1. 3. tit. 6. Anselm. 1. 2. c. 69.

¶ Apud Ansel. & Polyc. citatur ex epistola Nicolai Papa ad Regem Carolum. Extat in codice sapè memorato monasterii Dominicianorum in epistola Nicolai, quæ inscribitur ad Ludovicum Regem, & in altera ejusdem ad Episcopos omnes in regno Ludovici, quæ incipit, Gaudemus.

C. V. ¶ A prædecessoribus damnator, aliorum supplicationibus in pristinum statum Apostolica reformas ecclesiæ.

¶ Item Innocentius Papa, epistola 22. ad Episcopos Macedonia.

Veniam a nunc ad Maximum, Photinum, quasi ad quoddam thema: & (quod mihi anxium est, ac dissicillimum) majorum meorum revolvam sententias. Fugiat de illo, quoquo pacto (ut ipsi etiam commemorant) aliquid utique gravius constitutum. Verum, quoniam id per rumorem falsum, ut asseritis, subreptum huic festi, & elicitum per insidias demonstratis, quia res ad salutem rediit, veniam nos hanc in tantum vobis admittimus post condemnationem more Apostolice subrogamus: tantisque vestris assertionibus, vobisque tam bonis, tam charis non dare consensum, omnibus rebus de his ducius arbitramur. Pro vestra ergo approbatione, (fratres charissimi) & sententia ac postulatione, Episcopum Photinum habebote (scilicet enim ita constituitur ut deprecamini) & nostram in melius conversam sententiam, labore, vel testimonio vestro compotem: vobis suscipite. Eustathium verò à me sæpissime approbatum nolite expectare, ut diaconi gradu b expellatur. Sollicitos enim vos pro salute libenter audio: cui caput, etiam si faciendum sit, non libentes admitto. Cui manum porrigitis, vobiscum porrigo. cui porrigo, mecum porrigite.

1 ¶ Maximum] Germana lectio est, Veniam nunc ad maximum quasi quoddam thema Photinum. Sed et plerumque nihil est mutatum.

2 ¶ Compotem vobis] Eadem causa fecit, ne mutaretur. Legendum est enim, compotes voti.

C. VI. ¶ Sententiam Romanæ sedis in melius commutare licet.

¶ Item Nicolaus Papa ad c. Michaelem Imp. in epist. 7.

Sententiam à Romanæ sedis non negamus posse in melius commutari, cum aut sibi subreptum aliquid fuerit, aut ipsi pro consideratione ætatum, vel temporum, seu gravium necessitatum dispensatoriè quendam ordinare decreverit (quoniam & egrègium Apostolum Paulum quædam fecisse dispensatoriè legimus, quæ postea reprobasse dignoscitur) quando tamen illa, Romana videlicet ecclesiæ, discretissima consideratione fieri decreverit, non quando ipsa, quæ bene sunt definita, retractare voluerit.

1 ¶ Voluerit] Sic etiam in originali impresso: sed Anselmus & Ivo habent, tenuerit.

C. VII. ¶ Cuiuslibet iudicium Apostolica sedis auctoritas retractare valet.

¶ Innocentius Episcopus per Macedoniam constitutus, epist. 7.

Gravè e non oportuit videri piissimis manibus vestris cuiuscunque retractari iudicium, quia veritas sapius exagitata, magis splendescit in luce: & pernicities revocata in iudicium gravius, & sine penitentia condemnatur. Nam fructus divinus est iustitiam sapius recenseri.

C. VIII. ¶ A prædecessoribus depositi, à successoribus restituuntur.

¶ Item ex libro Pontificali.

a Poly. 1. 3. tit. 6. b al. gratia. c Idem apud Nicolaum ad Episcopos Gallia. d Anselm. 1. 6. 73. Ivo p. 3. c. 17. e Poly. 1. 3. tit. 4. Anselm. 1. 6. 28. Gregorius



Gregorius a quartus Theodosium, quem Eugenius antecessor ejus Presbyteri honore privaverat, ecclesie dignitate consecravit Episcopum. Leontius, dum esset Presbyter, depositus fuit: sed postea in Antiochia Patriarcha fuit. Misenum b Episcopum a Felice Papa damnatum Gelasius successor ejus & communioni reddidit, & ecclesie restituit suæ.

g. Hac eadem evadentiam mutato habentur supra dist. 30. c. Joannes Chrysostomus. h. Misenum Episcopum. Et caput hoc in pluribus Gratiani exemplaribus ponitur ante cap. grave. sine nomine Palea.

C. IX.

Si vero sententia Romana sedis in melius commutari valet, sic quilibet ecclesia conveniat, cum per subreptionem data cognoscitur, rationabiliter revocari potest.

QVÆSTIO X.

De ea vero, que ad secundas nuptias transit, utrum in eadem affinitate consanguineorum prioris viri remaneat, an soboles ex secundis nuptiis suscepta consanguinei prioris viri copulari possit, merito quaeritur.

C. I. ¶ Affinitas in superflite non deletur.

De his in scribit Gregorius Papa Vinerio Caralitano Episcopo.

Fraternitatis & vestra studiosa sagacitati, frater amande, qua debeo, refero grates. Quoniam quaesisti, qua debuit mandatum me reddidisti. Unde placide ad iniquitatem respondeo. Sedem Apostolicam consulere decevit, si mulier copula nuptiali extraneo viro conjuncta, cognationi ejus pertinet, si eo defuncto cognatio maneat, vel si sub altero viro cognationis vocabula dissolvantur, vel si suscepta soboles possint legitime ad prioris viri cognationis transire copulam. Est enim verbum Domini validum, & forte, est durabile, est immutabile, est perseverabile, non momentaneum, non transitorium.

Aitem per se ipsa veritas, que Deus est, & verbum Dei, [Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.] Antequam Deus in carne inter homines appareret, eo inspirante dixit Adam: [Quamobrem & relinquer homo patrem suum, & matrem, & adheret uxori suæ, & erunt duo in carne una.] cui non contradixit Dominus. Deinde cum veritas oriretur de terra in terram, & visibilis in humanitate appareret, interrogatus est, si licitum esset homini uxorem relinquere. Quod prohibens, fieri vetuit: nisi forte fornicatio excluderet maritalem copulam. Unde protulit statim in medium eandem ipsam sententiam, quam ante sæcula manens cum Patre verbum inspiraverat Adæ, ipse confirmans, quod ipse homo primus protulit. [Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adheret uxori suæ, & erunt duo in carne una.] Si una caro sunt, quomodo potest aliquis eorum propinquus pertinere uni, nisi pertineat alteri? Hoc minime posse fieri credendum est. Porro b uno defuncto, in superflite affinitas non deletur: nec alia copula conjugalis affinitatem prioris copula solvere potest. Sed neque alterius conjunctionis soboles placet ad affinitatis prioris viri transire consortium: pro eo, quod verbum Domini validum est, & forte: & ut iniquis dixit Propheta: [Verbum Domini manet & in æternum.] Et alius Propheta: [Quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit, & creata sunt: statuit ea in æternum, &

in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit.] Nam potest per verbum suum, atque præceptum efficere Deus duos carnes unam, id est, masculum & foeminam: qui innumeram multitudinem utriusque sexus non defuit secum facere unum, sicut per se veritas dixit. [Non pro his tantum rogo, sed etiam pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut ipsi in nobis unum sint.] Si quis ergo temerario & sacrilego ausu in defuncto quaerit propinquitatem extinguere, vel sub altero affinitatis vocabulo dissipare, vel susceptam sobolem alterius copula propinquitati prioris credit legitime sociari, hic negat Dei verbum validum esse, & forte: & qui tam facile, & tam velociter quaerit dissolvere, hic non credit verbum Dei in æternum permanere. Confice terram ex quatuor locis magna interapedine à se distantibus: & confectam, & conglutinatam sicut quoscunque figuræ, vel immensitatis corpus volueris; numquid erit humanum ingenium, quod ipsas quatuor partes ab invicem valeat segregare, ut unaquæque per se possit agnoscere? Sic à quatuor avis duo conficiuntur in unum: & de duobus fit una concreatio. Hanc similitudinem de quatuor elementis, unde concretus est homo, colligere potes; si eorum unamquamque speciem, quæ in multis divisionibus partita est, per discretas inter se partes assignaveris. Fit idem in metallis: hoc etiam in liquoribus: probat etiam in coloribus pictor, qui sequitur arte naturam, colores admiscendo, ex visibilibus fucis corpora fingens.

¶ Admiscendo] In Polycarpo, & apud Anselmum, unde præcedentia verba sunt restituta, hoc loco sic legitur, fucis miscendo colores, ex invisibilibus corpora fingens. Sed ne Domini constitutio, &c. multa enim apud ipsos sequuntur.

C. II. ¶ Soboles ex secundis nuptiis genitæ, consanguinei prioris viri copulari non debet.

Item Innocentius Papa.

Si cujus patruus, vel avunculus uxoratus obierit, & illa virum alium postea duxerit, & filios, filiasve ex illo genuerit, cum his omnibus modis commiseri prohibemus: quia vir & mulier una caro sunt.

C. III. ¶ De eodem.

Item ex Romana synodo.

Si qua mulier ad secundas nuptias transferit, & ex eis sobolem genuerit, nullo modo potest ad consortium cognationis viri prioris pertinere.

C. IV. ¶ De eodem.

Item Hyginus Papa.

Si qua mulier transferit ad secundas nuptias, & ex eis prolem habuerit, ipsa proles non potest se copulare cognationi prioris viri usque ad quartam generationem.

C. V. ¶ De eodem.

Unde Innocentius Papa.

Si qua mulier ad secundas transferit nuptias, & filios & filias apud secundum maritum genuerit, debere eas nepotibus prioris mariti conjungi, sancta Romana synodus profus inhihit.

CAUSA XXXVI.

Uliam cuiusdam ignorante patre quidam muneribus sterneret, & ad convivium invitavit: finito convivio, juvenis virginem oppressit. Quo comperto à parentibus juveni traditur puella, ac more nubentium à juvene dotatur, & publice in uxorem ducitur.

- 1. Quarto primo, an ille raptum admiserit.
- 2. Secundo an rapta raptori nubere possit, patre assensum praestante.

a Sent. 7. dist. 41.

